This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM CIRCUMSPICE

Digitized by Google

DB
924
.L96

Digitized by Google

Digitized by Google

LUNA OTTOMANNICA
IN ORTU, PROGRESSU, ET OCCASU IN HUNGARIA

Sæculo XVII. & XVIII.

SUB PRÆSIDIO
MAGNÆ DEI MATRIS
MARIÆ,
HUNGARORUM DOMINÆ.

Conſilio & Induſtriâ
LEOPOLDI,
Conſtantiâ & fortitudine
CAROLI VI
ROMANORUM IMPERATORIS

Hiſtoriâ annuâ deducta, &
Sodalitati B. M. V. Annunciatæ
In ſtrenam oblata.

MOGUNTIÆ,

Typis JOANNIS MAYERI, Typographi
Aulico-Academici 1717.

Digitized by Google

Digitized by Google

Reverendiſſimo, Perilluſtri Domino, Domino

FERDINANDO BENEDICTO

L. B. de GALEN ex Aſſen Eccleſiarum Metropolitanæ Moguntinæ & Cathedralis Monaſterienſis Canonico Capitulari & reſpectivè Scholaſtico, Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Mauritium prope muros Monaſterij Præpoſito Eminentiſſimi Electoris Moguntini, nec non Celſiſſimi Principis Monaſterienſis Conſiliario Intimo.

Almæ Congregationis Latinæ Majoris B. Virginis MARIÆ ab Angelo Salutatæ

PRÆFECTO,

Domino ſuo perquam Gratioſo.

Reve-

275228

Reverendiſſime, Perilluſtris, & perquam Gratioſe Domine, Domine,

LUnam Ottomannicam ſub Mariæ pedibus, inter Auſtriæ triumphos & victorias Tibi exhibemus *Reverendiſſime & Perilluſtris Domine*: neque enim

Digitized by Google

nim hoc tempore aliud quidquam vel Tibi Sodalitas noſtra offerre, vel Pietas Tua poſtulare poterat: utraque Mariana eſt; nec alias didicit amare Palmas & Laureas, quàm ſub auſpiciis Magnæ Matris ſuæ collectas. Quot apices, tot gloriæ Marianæ trophæa, ſub hoc fatali ſigno videbis expreſſa. Infames illa ſideris iſtius natalitias per ſuum Godefredum, Ludovicum, alioſque concuſſit, peſtiferum creſcentis robur per Ferdinandum primum attenuavit; explicata creſcentis monſtri cornua, ne orbe pleno coirent, prohibuit, lumen ſub-

 traxit;

traxit; vires accîdit; potentiam omnem per Rudolphum, Mathiam, Ferdinandos Auſtriacos infregit: Horum lege Victorias & Mariæ Manum Venerare, quâ à S. Stephano Rege commiſſam ſibi Hungariam contra vicinum hoſtem ſuo defendit præſidio longè, quàm omni armorum apparatu potentius. Antiqua hæc ſunt. Inter recentiora, Caroli Lotharingi, Ludovici Badenſis, & nuperrimos Sereniſſimi Principis Eugenij triumphos intuere, & Mariæ præſidium, Viennam à Primo liberatam, à Secundo prope Zentam felici clade hoſtem deletum,

de-

Digitized by Google

demum ipſo ejuſdem ad N
ves celebri inter Romanos fe
ſto 5. Auguſti peſtiferum ho
ſidus penitùs ferè à Tertio i
Hungariâ extinctum vide &
gaude. Neque hìc ſiſtat He
roica virtus Tua *Reverendiſ*
ſime & Perilluſtris Domine.
palmas & ſibi glorioſas do
mi colligat, cùm foris alie
nâ licet falce demeſſas læta
bitur. Terram mutabis; & ſi
miles miraberis fructùs & lau
reas in Tuâ Tibi ſuccreviſſe
Perilluſtri Familia; quæ pri
dem Germaniæ noſtræ am
pliſſimam dedit Hiſtoriæ
materiam. Vivit etiamnum
in poſterorum memoriâ Ne

men Magni Patrui Tui BERNARDI, nomen quàm bonis omnibus dulce & venerandum, tam Batavis olim formidandum. Sola vox illius, ſola imago & umbra uti fregit quondam eorum potentiam, ita hodiedum ſola ejusdem memoria eorum frænat in fidem Catholicam odia. Gratulamur *Reverendiſſime ac Perilluſtris Domine* hanc gloriam & felicitatem Tibi *Tuæque Perilluſtri Familiæ:* cujus nempe ſingularis hæc laus eſt & prærogativa, non alia venerari trophæa, quàm à pietate erecta; non alias agnoſce-

noſcere Majorum Ceras & triumphales Lucernas, quàm à Religione accenſas; non alia complecti arma, quàm hoſtium fidei Sanguine purpurata. Ab hac tam illuſtri Proſapia Illuſtrior Partus deſcendis *Reverendiſſime ac perilluſtris Domine*, Vivámque refers Majorum Tuorum imaginem: quibus verbis, quidquid magnificum de Tuâ Virtute dici poſſet, complector. Et vel ideo non poterit Tibi non probari opuſculum hoc; digna Pietate Tuâ Marianâ materia. Accipe, lege, noſtræ Sodalitati fave, & vir-

)(5 tutis,

Digitized by Google

tutis, quam hactenus in Te ſuſpeximus, exemplo prælucere perge.

Reverendiſſimæ, Perilluſtris, & Perquam Gratioſæ Dominationis Tuæ

Devotiſſima

Sodalitas Mariana Major Academica Moguntina.

)(6 CÆ-

Digitized by Google

CÆTERISQUE

Reverendiſſimis,
Illuſtriſſimis, Perilluſtribus,
Magnificis, Ampliſſimis, Eximiis,
Clariſſimis, Conſultiſſimis, Expertiſſimis, Admodùm Reverendis, Prudentiſſimis, Spectatiſſimis, Ornatiſſimis, Doctiſſimis.

MAGISTRATIBUS

Almæ Congregationis
Majoris Moguntinæ.

Reve-

Digitized by Google

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo

Domino

D. Joanni Philippo Franciſco Sacri Romani Imperii Comiti de Schönborn-Buchein, Domino in Reichelsberg & Weiler, *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ, Cathedralis Herbipolenſ. & Imperial. Francofurt. ad S. Bartholomæum Canonico Capitulari & Præpoſito; Eminentiſſimi Electoris Moguntini, & Celſiſſimi Principis Herbipolenſis Conſiliar. Intimo, Univerſitatis Eoo-Franciçæ Cancellario perpetuo.*

Reverendiſſimo, Perilluſtri & perquàm gratioſo Domino.

D. Wilderico Marſilio L. B. ab Hoheneck *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ, Cathedralis Wormatienſis, & Equeſtris ad S. Ferrutium in Bleidenſtatt Canonico reſpectivè Capitulari & reſpectivè Cuſtodi, & Archi-Presbytero.*

DD. ASSISTENTIBUS.

D. Hugo-

D. Hugoni Wolffgango à Keſſelſtatt, *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ Decano; Cathedralis Halberſtad. nec non Equeſtrium S. Albani, & S. Ferrutii in Bleidenſtatt Canonico reſpectivè Capitulari.*

D. Caſimiro Ferdinando Adolpho L. B. de Baſſenheim, Domino in Cransberg, Sevenich & Pirmont: *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ, & Trevirenſis, & Equeſtris ad S. Albanum Canonico Capitulari & reſpectivè Scholaſtico, Chor-Epiſcopo, Cuſtodi, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Camerario, Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Intimo, & Locumtenenti Moguntino, ac Cameræ Præſidi.*

D. Philippo L. B. ab & in Elz, *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ & Trevirenſis Canonico Capitulari & reſpectivè Cantori, Eccleſiæ Collegiatæ in Moxſtatt Præpoſito, Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Intimo, & Conſilii Aulici Præſidi.*

D. Lothario Theodoro Antonio de Riedt, *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ, & Col-*

Colleg. ad S. Victorem Canonico Capitulari.

D. Joanni Georgio de Murach, *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ & Equeſtris ad S. Albanum Canonico Capitulari, & reſpectivè Seniori, nec non Cameræ Præſentialis Moguntinæ Præſidi.*

D. Ottoni de Malsburg, *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ, Collegiatæ ad S. Petrum, & Equeſtris ad S. Ferrutium in Bleidenſtatt Canonico Capitulari & reſpectivè Decano, Judicii Civici Moguntiæ præſidi.*

D. Carolo Caſparo L. B. de Gymnich, Domino in Viſchel, Neurath, & Laurensberg, *Eccleſiarum Metropolitanarum Moguntinæ & Trevirenſis; nec non Equeſtris ad S. Albanum Canonico Capitulari & reſpectivè Cuſtodi.*

D. Henrico Schvvicardo Oſvvaldo L. B. de Sickingen, *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ & Trevirenſis, & Equeſtris ad S. Albanum reſpectivè Canonico Capitulari; nec non Cameræ Præſentialis Moguntinæ Præſidi.*

D. Carolo Emerico Franciſco L. B. de Breidbach à Burresheim, *Eccleſiæ Metropo-*

tropolitana Moguntinæ, & Collegiatæ ad S. Petrum & S. Victorem, Canonico Capitulari & reſpective Decano.

D. Michaëli Schnock *Sacri Ordinis Ciſtercienſium Abbati in Celeberrimo Monaſterio Eberbacenſi.*

D. Wilhelmo Heger *Sacroſanctæ Theologiæ & J. U. Doctori, Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Petrum Canonico Capitulari, Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ Vicario; Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Eccleſiaſtico, & Sacræ Facultatis Theolog. Aſſeſſori.*

D. Joanni Sartorio *Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Stephanum Canonico Capitulari & Decano.*

D. Quirino Laurentio Braun *Ss. Theolog. Doctori & ejuſdem Sacræ facultatis Aſſeſſori, Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Stephanum Canonico Capitulari & Scholaſtico. Protonotario Apoſtolico, Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Eccleſiaſtico.*

D. Melchiori Berberich *Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Stephanum Canonico Capitulari.*

D. Conſtantino Franciſco Fuchs *Eccleſiæ*

Col-

Digitized by Google

Colleg. ad S. Stephanum Canonico Capitulari.

D. Ruberto Richardt, *Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Stephanum Canonico Capitulari, ad S. Petrum & ad S. Crucem Vicario, Eminentiſſimi Electoris Moguntini Sacellano Aulico, & Ephœborum Præfecto.*

D. Ferdinando Henriquetz à Strevesdorff, *Protonetario Apoſtolico, Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Victorem Cuſtodi, Domino Hæreditario in Brüchhauſen.*

D. Anſelmo Franciſco Joſepho Ernſt, *Ss. Theologiæ & J. U. Doctori, & in Almâ Univerſitate Mogunt. Decretalium Profeſſori Publico & Ordinario; nec non Eccleſ. Colleg. ad S. Victorem Canonico Capitulari.*

D. Joanni Adamo Hoeglein, *Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Victorem Canonico.*

D. Georgio Philippo Schvvalbach *Eccleſ. Colleg. ad S. Joannem Canonico Capitulari, & Equeſtris ad S. Albanum Vicario.*

D. Joanni Conrado Mohr *Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ Vicario, & Ciſtæ Magiſtro.*

D. Jacobo Zorn *Eccleſ. Metropol. Mogunt. Vicario.*

D. Step

D. Stephano Beylen *Eccleſ. Metropolit. Mogunt. Vicario.*

D. Petro Daël *Eccleſ. Colleg. ad S. Mauritium Canonico Capitulari, & ad S. Victorem Vicario.*

D. Joanni Jodoco Becker *Eccleſ. Colleg ad S. Stephanum Vicario.*

D. Nicolao Heſs, *Eccleſiæ Collegiatæ ad Gradus B. M. V. Vicario & Parocho.*

D. Michaëli Huberti *Eccleſ. Collegiatæ ad Gradus B. M. V. Vicario.*

D. Penedicto Langvveiler *Eccleſ. Equeſtris ad S. Albanum Vicario, & Altariſtæ ad S. Emeranum.*

D. Joanni Michaëli Beyerlein *Eccleſ. Equeſtris ad S. Ferrutium in Bleidenſtatt Vicario, & Altariſtæ ad S. Agnetem.*

DD.
CONSULTORIBUS
STATUS
ECCLESIASTICI.

D. Jo.

Digitized by Google

D. Joanni Philippo Sacri Romani Imperii Comiti de Stadion, Domino in Thann & Warthauſen, *Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, & Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Intimo, Supremo Aulæ Moguntinæ Præfecto.*

D. Vito Franciſco L. B. de Reigersberg, Domino in Biſterſcheid, & Selen, Equiti; *Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Eminent. Elect. Mogunt. & Sereniſſimi Magni Magiſtri Ordinis Teutonici Conſiliario Regiminis, nec non Archi-Satrapa in Cronberg.*

D. Adolpho Oppenheimer *Eminent. Elect. Mogunt. Conſiliario Regiminis.*

D. Henrico Chriſtiano Adamo Eckart, *Eminentiſſimi Electoris Mogunt. Conſiliario Regiminis.*

D. Joanni Franciſco de Berninger *Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Regiminis, & Judicii Aulici Aſſeſſori, nec non Præfecto Violentiarum.*

D. Joanni Friderico Wernero Löhr *Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Regiminis.*

D. Martino Franciſco Wolff *Eminentiſ-*

ſimi

Digitized by Google

ſimi Electoris Moguntini Conſiliario Regiminis.

D. Christophoro de Berberich *Eminent. Elect. Mogunt. Conſil. Regim. & Judicii Aulici Aſſeſſori.*

D. Petro Christiano Kirchner *Reverendiſſimi Vicariatûs Mogunt. Aſſeſſori & Secretario Primario.*

D. Joanni Christophoro Güth *Medicinæ Doctori, Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario Aulico, & Archiatro.*

D. Georgio Joſepho Wagner *Juris Utriuſque Doctori, ejuſdemque Facultatis in Alma Univerſitate Moguntina Aſſeſſori, & Profeſſori Publico & Ordinario, nec non Judicii Aulici Aſſeſſori.*

D. Georgio Ferdinando Honcamp *Juris Utriuſq; Doctori, ejuſdemq; Facultatis in Alma Univerſitate Moguntina Aſſeſſori & Profeſſori Publico & Ordinario.*

D. Joanni Leonardo Schöerly *Medicinæ Doctori, & Profeſſori Primario in Alma Univerſitate Moguntina.*

D. Melchiori Adolpho Vogelman *Philoſophiæ & Medicinæ Doctori, ac Profeſſori Publico & Ordinario, Reverendiſſimi*

Digitized by Google

diſſimi & Illuſtriſſimi Capituli Metropolitani Moguntini Medico.

D. Joanni Franciſco Adolpho Hartung *Eminentiſſimi Electoris Moguntini Regiſtratori Aulico.*

D. Joanni Thomæ Molitor *Præpoſituræ Metropolitanæ Mogunt. Officiali.*

DD. CONSULTORIBUS STATUS SÆCULARIS.

D. M.

Digitized by Google

D. Michaëli Schlingen, *Eccleſia Collegiata ad S. Mauritium Canonico Capitulari ad S. Crucem Vicario.*

D. SECRETARIO,

Dicat, Dedicat, Conſecrat

Alma Congregatio
Major Academica Moguntina Anno 1717.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Ad Sodalem Marianum.

H*iſtoriam Ottomannicam reddimus tibi anno ter bellicoſo, térque felici: ut, dum in illa legis aliorum ſocordiam, & diſcordiam; aliorum verò Chriſtianorum in profliganda ſecta Mahometis, fortitudinem & ardorem, incaleſcas & ipſe ſpiritu gloriæ divinæ, qui in preces & ſacra vota cum univerſa Chriſti Eccleſia ad exſcindendam iſtam Religionis, & morum barbariē exardeſcat: complaudas verò, & tibimet ipſe Chriſtianus aggratuleris,*

tuleris,

tuleris, dum faſtuoſam hujus ſectæ potentiam felicius ſemper accîdi & enervari audis. Iſtud certè ætate noſtrâ oppidò bellicoſâ & felici accidit in Hungariâ; ex qua currente hoc Sæculo & fine dilapſi tam fortiter, támque feliciter exterminatus eſt Turca; ut modò non ſuperſit in Hungaria (quà hodiedum fines regni iſtius patent) niſi munimentum, in quo reſideat unicum, Alba Regalis. Fortunatiſſima ætas noſtra! quia LEOPOLDINA eſt & CAROLINA, quæ Harpyiarum Turcicarum ungulis glorioſa extraxit urbes, quas illæ, vel ſuggerente Chriſtianorum rebellium perfidiâ & coadjuvante, vel connivente Chri-

ſtia

Digitized by Google

rat, quod Cenſor oculus tuus notat & carpit.

MAHO-

Digitized by Google

[illegible] animo, humi jacebat interdum, ut qui morbo comitiali tenentur, & id admiranti conjugi, cauſam dixit, inſidentem in ſe ſpiritum, & futura monentem. Quâ im-

poſturâ, ut erat planè rudis ſcientiarum; cùm Bayræ atque Sergij, tum Judæorum impuris præceptionibus uſus eſt ad fingendum ſuum Alcoranum, quod deinde ut per Angelum Gabrielem à Deo ad ſe miſſum inſanè nugabatur. In eo Judaiſmum ſimul ac Chriſtianiſmum ita commendabat, ut tamen utroque ſuis interdiceret, utpote cui propoſitum fuit Chriſto divinitatem abrogare, veſana Arij & antiquorum aliquot cœpta urgere, & Dæmonibus formidandum VERBUM CARO FACTUM penitus evertere, ejúſque & cultum ſupprimere, excogitatis ad hoc multis & abominandis blaſphemiis.

1. Mahometes docet omnium malorum auctorem Deum eſſe.

2. Blaſphemat latronibus, maleficis, aliiſque peccatoribus ex Dei prædeſtinatione in eo ſtatu eſſe moriendum, neque precandum: ut Deus malos viam rectam edoceat.

3. Negat SS. Trinitatem perſonarum cum hæreticis Sabellianis, adeóque verbum Dei eſſe Deum cum Arianis, ac Spiritum S. Deum negant cum Macedonianis.

4. De

4. Deum negat eſſe Patrem, propterea, quod ſine fœmina nemo poſſit fieri Pater; itáque nec habere Filium, & nec genitum nec generantem eſſe.

5. Negat Chriſtum filium Mariæ Deum eſſe, ſed tantùm Dei Verbum creatum, Servum atque Prophetam magnum omnis peccati expertem.

6. Chriſtum ait non eſſe Crucifixum, ſed à Judæorum manibus ſupplicium Crucis contra leges ei parantium, à Deo cui chariſſimus eſſet, ereptum & in cœlum translatum, Judæis autem nihil niſi umbram vel alium ei ſimilem relictum, & in Cruce ſuſpenſum eſſe.

6. Fingunt Mahometani verum Chriſtum ſive Meſſiam, nondum eſſe mortuum, ſed moriturum tandem & excitatum iri à mortuis & venturum, non tamen ante adventum Antichriſti, itáque mortem Chriſto denegant in ſtatu carnis paſſibilis perpeſſam, ſed ſuſtinendam eſſe fatentur.

8. Somniant JEſum Chriſtum unà cum aliis ſuſcitatum à mortuis, eos quidem

 ad

ad judicium adducturum, ipſum tamen non eſſe judicaturum.

9. Mahometes in ſuo Alcorano impingit Beatiſſimæ Virgini, quod menſtrui ſanguinis fluxum quidem paſſa fuerit ante partum, cæterùm autem omnibus viris & mulieribus ſplendidiorem, & mundiorem lotiorémque fuiſſe, & ſoli Deo perſeveranter ſtudentem, & nihil malitiæ ſeu pravitatis operatam eſſe. In hoc ipſe multis noſtri temporis Hæreticis paulò modeſtior, & majoris in Virginem reverentiæ extitit.

10. Delirat Diabolum ex igne peſtifero creatum eſſe; quod tamen repugnat naturæ Angelicæ immateriali prorſus ac ſpirituali; & naturæ Creationis quæ eſt ex nihilo.

11. Nugatur, cùm omnibus Angelis imperatum eſſet, ut ſe coram homine projicerent & humiliarent, paruiſſe omnes præter Beelzebub, qui ſe Adæ ſubjicere noluit, propterea quòd eſſet pura Creatura.

12. Somnium Mahometiſmi eſt, Dia-

bolos

Digitized by Google

bolos aliquando eſſe ſalvandos.

13. Superbè mentitur, homini inſufflatam eſſe partem animæ Dei.

14. Mahometani ſtatuunt Paradiſum ad ſenſus appoſitum, omnique voluptate carnis exundantem.

15. Circumciſionem cum Cerinthianis & Ebionitis atque Judæis obſervant, eos nihilominus tantùm circumcidendos docet Mahomet, qui ad rationis uſum pervenerunt, ſicut hodie Anabaptiſtæ fabulantur de baptiſmo. Baptiſmum quoque dicunt Mahometani inutilem eſſe.

16. Cenſent ad intrandum Paradiſum neceſſaria eſſe hæc tria, fidem, credulitatem, & opus, licet præoccupato morte ante opus fides ſufficiat.

17. Orant ad meridiem converſi, ut contra Chriſtianorum conſuetudinem veniant, qui ſe plerumque ad Orientem convertunt,

18. Ait Mahometes ſibi à Deo præceptum eſſe jura juranda delere.

19. Mahometani diem Veneris celebrant pro die Dominica, quia eo die regnum adeptus eſt Mahomet.

 20. Ju-

Digitized by Google

20. Jubet Mahometes interficere converti nolentes, ubicúnque reperti fuerint, menſibus Haaran peractis, omnibúſque viis eiſdem inſidiandum.

21. Impoſſibilem ait abſtinentiam à mulieribus, & permiſſam eſſe à Deo luxuriam prædicat, & permittit viris tot ducere uxores ſimul, quot putat in pace ſe continere poſſe, ſic loquitur ipſe in Alcorano ſuo. Mutationes inſuper concedit uxorum, & ſolutiones Matrimoniorum, ſi vir eam non diligat, vel ſi infœcunda, vel ſi rixoſa & immorigera ſit.

22. Mahometani pervertunt quadrageſimam, illam enim ex uno menſe, & unâ hebdomadâ componunt, & diem integrum abſque ullo cibo & potu traducunt, conſpectâ autem vel unâ ſtellâ comedunt & bibunt quantum unusquisque vult, ex omni genere ciborum, exceptis carnibus ſuillis ac ſuffocatis.

23. Vino ſibi interdicunt Turcæ non ſecus ac ſuillis & ſuffocatis.

24. Peccatum maximum ducit Mahometes

Digitized by Google

metes vinum bibere, vel talis aut aleis vel ſcacho ludere.

25. Alcoranum ſuum non alia de cauſa ſibi commiſſum eſſe ait, niſi ut hominibus (verba ſunt Alcorani) ſuas contrarietates exponeret, & viam rectam ac miſericordiam credentibus pateſaceret, hinc perſuadent ſibi Turcæ, Chriſtianos veræ legis atque Evangelii jacturam feciſſe, & legem ſuam eſſe veram Reformationem.

26. Affirmat Mahometes & tenent Turci, ſufficere homini ſi in Deum credat, neque credenti peccata imputari à Deo.

27. Mahometes anathematizat eum, quiſquis in ſuo Alcorano vel apicem immutare, vel minimum in diſputationem adducere præſumpſerit.

28. Scribit Mahometes in ſuo Alcorano Azoara 12. Credentes atque Judæi & Angelos adorantes, qui ſcilicet legem pro lege variant, Chriſtiani etiam, & omnes, hi inquam, ſi in Deum crediderint, & Judicii diem exſpectantes bene fecerint, nihil timeant. Et Azoara 2. ait: Omnis rectè vivens Judæus ſeu Chriſtianus, ſeu lege ſuâ

relictâ in aliam tendens, omnis ſcilicet Deum adorans, bonique geſtor indubitanter divinum amorem conſequetur. Ex his verbis collige communem hodiedum multis Acatholicis indifferentiſmum, à Mahomete quoque creditum eſſe, quæ peſtis nullius hæreſeos veneno ſuâ malignitate cedit.

29, Pollicetur ſectatoribus ſuis in futura carnis reſurrectione introitum in Paradiſum; ubi omnes ad cibum & potum deliciæ abundabunt, ac mulierum pulcherrimarum ad uſum libidinis, copia ſuppetet. Hoc ſcilicet cœlum eſt Mahometanum. Hanc tamen doctrinam ipſe Mahomet damnare convincitur, dum Chriſtum ſummum caſtitatis amatorem ac præconem, magnum fuiſſe Dei Prophetam & ex Virgine natum agnoſcit.

De Bayra uno ex Mahometis Magiſtris.

Fuit Bayra hæreſi Jacobita, & Mahometi conflandæ & fabricandæ ſuæ hæreſi ſtrenuam in mentiendo operam unà cum Sergio Monacho navavit.

De

Digitized by Google

De Sergio pſeudo-monacho Mahometis Magiſtro.

Alius hic nebulo fuit ab illo Sergio, qui fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus. Ut Arianis & Neſtorianis ſe adjungeret à vita cœnobitica apoſtatavit, & profectus in Arabiam Mahometi ſe comitem adjunxit, eiſque multiplici fraude, ſcripturâ utriuſque legis perverſè commutatâ, horrendis erroribus & præceptionibus peſtiferis hominem jam ſuâ nequitiâ dementatum prorſus implevit. Quas poſtea Mahometes, prophetam ſe mentitus, promulgavit, & ſtygium illud opus Alcoranum conſarcinavit.

Ut verò ſectæ hujus Mahometanæ progreſſus ex ordine habeas; ecce annorum & bellorum ſeriem!

SÆCULUM VII.

ANno 622. 16. Jul. Celebris eſt hoc anno Ægira Mahumetis, quando hic Impoſtor ob excogitatam falſam religionem fugit ex urbe ſuâ; eſt enim Ægira Arabibus *fuga*.

 A. 628.

A. 628. Mahumeres eventu rerum plùs felici elatus, ex Æthribo felicis Arabiæ oppido cum ſuis Saracenis agrum ad inhabitandum armatus petiit, ac obtinuit; frænum Imperatori datum, & Romanis, ne inſoleſcerent, & à vili hoc agaſone ſæpe ac turpiter retundendis.

A. 631. Obiit Impoſtor Mahumetes vel Mahamedes, ſepultus non in urbe *Mecca* olim *Jetrib*, ſed in oppido *Medina Tanalbi*, ubi templum magnificum habet quadringentis columnis ſuffultum: Sepulchrum autem per magnetes penſile, fabula eſt: imò nec creditur ejus cadaver columnis impoſitum, ſed terrâ obrutum in vicino: & quod indicatur à Mahumetanis elatum ſubnixúmque columellis Cenotaphium, verè Cenetaphium eſt. Mortuus eſt autem ex crapula, & ebrius, ac à porcis voratus; digniſſimis hoc helluone ἐπιτάφιοις.

A. 632. Succeſſor Mahumeti datus Eububezer ſeu Abubachar, qui Arabum ſuorum alacritate uſus, quâ eos Pſeudo-prophetes armârat, circumpoſitam Gazæ re-

gionem

gionem fœdè davaſtat, cæſo præſide Pal
ſtinæ, qui ei occurrerat.

Eodem anno iidem Saraceni Aſcato
um, qui aliter *Jezdezirdes* dicebatur, exu
runt regno atquè vitâ, ac ſibi Principem
ſtirpe Mahumetis delegêre, quem appe
lavêre Calyphum: hinc dicitur *Æra* i
celebris, quæ inde dicitur *Jezdizerdis Pe
ſæ*, obitu ſuò atquè clade, quàm vitâ
morte clarioris.

A. 633. mortuo Eububezere Saracen
rum Hemiro (ſic Principem ſuum vocan
ſucceſſit Haumarus vir fortis, qui ſtatim c
vitatem Poſtrenſem invaſit & cœpit; cùi
autem ei occurriſſet cum exercitu Th
odorus Heraclii frater, rurſus vict
eſt.

A. 634. Hoc anno Saraceni multis pr
liis Romanos profligârunt, multáſque S
riæ civitates ceperunt, inter cæteras D
maſcum, in quâ tum Parentes Sancti J
Damaſceni (dicebatur is proprio nomi
Manſur) cum magna opinione virtutis d
gebant, admoti etiam à Saracenis muner
bus publicis. Capta quóque Ægyptus a
iiſdem; eámque Deus maluit eſſe Sarac

 nan

nam, quàm infici erroribus Monothelitarum.

A. 635. Univerſam Syriam occupavêre Saraceni, Duce Homaro, profligato cum ſuis omnibus copiis Sergio Duce Paleſtinæ, ac obſeſsâ Hieroſolymâ; quibus hi excurſionibus ad longiores prælu-debant.

A. 636. Hieroſolymam capiunt: quorum Rex Homarus templum Salomonis reparari juſſit, quod voluit eſſe Meſquitam, ſeu Baſilicam ſuæ Religionis; ob quam iniquam commutationem Sophronius ex mœrore obiit, locúmque ipſius occupavit Sergius Joppenſis Epiſcopus, hæreticus; quid enim aliud, quàm hæc ultima ſub Saracenis Eccleſiæ deſolatio exſpectaretur?

A. 637. Graſſari pergit Saracenorum furor; capitur Antiochia, quando Sancti Ignatii Martyris corpus translatum eſt Romam, Chriſtianis efferentibus Sanctorum Lipſana, quæ pluris, quàm bona ſua faciebant.

A. 643. Homarus Princeps Saracenorum, reparans templum Hieroſolymitanum Salomonis ſibi atque ſuis opere ſem-

per

per corruente, monitus eſt id à Cruce contingere quæ in Monte Olivetano ſtabat: & verò eâ ſublatâ abſolutum eſt ædificium, eleganti opere; quod & multis poſſeſſionibus locupletatum: unde paſſim à Mahumetanis disjectæ ſunt Cruces, eorum nefandæ ſectæ terricula.

A. 645. Cæſus per fraudem eſt à Suatio Perſa, Homarus Princeps, cui ſucceſſit Hoamen conſanguineus, à Deo quoque adverſus Chriſtianorum ſceleſra concitatus.

A. 647. Africam bello civili dilaceratam Saraceni quoque invaſerunt. Victum enim Gregorium Africæ Præfectum expulêre, totamque ſibi reddidêre vectigalem, Romanis etiam eorum Victorias promoventibus.

A. 648. Hoc anno Cypro Inſulâ potiti captam Conſtantiam exciderunt, jam à Deo fortes, qui ad caſtigandum Romanum Imperatorem immittebantur.

A. 653. Mahuvias Saracenorum Princeps occupatâ Rhodo Coloſſum illum celebrem, humi jacentem, vendidit cuidam Judæo Emeſeno, qui in partes confractum exer-

extulit, oneratis ejus ære nongentis Camelis; is celeberrimi hujus operis exitus fuit.

A. 654. Conſtans ad Phœnicem urbem Lyciæ, navali prælio dimicans cum Saracenis, adeo turpiter victus eſt, ut veſte mutatâ, relictis omnibus fugere compulſus ſit. Pridie quàm dimicaretur, ſomniârat ſe verſari Theſſalonicæ, unde ei âb Aulicis promittebatur Victoria, ſed aliter vocem Theſſalonicam intelligi miſer deprehendit Θὲς ἄλλῳ νίκην, *cede alteri Victoriam*, eámque à ſe dimiſſam, Saraceno eſſe concedendam.

A. 658. Hoc autem anno Mahuvias, Princeps Saracenorum ſuorum Seditione exagitatus fœdus init cum Conſtante, ei pollicetur in dies ſingulos mille nummos cum equo & ſervo; ſed ea pax tenuit, quamdiu domeſticus tumultus ſtetit.

Mahuvias jam æmulo Haly ſublato pactum tributum ejurat & adverſus Perſas primò, poſtea adverſus Romanos bellum interruptum ſuſcipit, nec levioribus ſucceſſibus rem Saracenicam promovet.

A. 669. Poſt diſceſſum Conſtantini Sicilia à Saracenis vaſtata eſt.

A. 671.

A. 671. Iidem Lyciam & Ciliciam occupavêre, etiam majora cogitantes apparatum inſtruxêre ad oppugnandam Conſtantinopolim, in qua totius Orientis dominatum latere putabant.

A. 672. Conſtantinopolim obſident, contra quos Romani ſæpè dimicant âb Aprili Menſe ad ſeptembrem, cùmque hyemâſſent Cyzici, anno ſequenti iterum eam obſederunt, ſemper repulſi ope *B. Virginis:* cui urbs ſacra erat; magnâ clade, redeuntéſque ad ſcyllæum promontorium tempeſtate jactati periêre. Eodem quoque anno Dux Saracenorum alter contra tres Rom. Duces dimicans, triginta ſuorum millia perdidit; quando inventus eſt ignis, quem *Marinum* ſive vulgo *Græcum* vocabant, in aquis ardeſcens, quo Arabum naves exarſerunt: ſed plus profuit Conſtantini pietas, omnibus copiis & machinis longè potentior.

A. 675. Hoc anno Saraceni cum navibus Ducentis Septuaginta Hiſpanias aggreſſi ſunt; ſed hos Vamba (poſt Receſuinthum Rex Hiſp. electus) fortiter dele-

vit,

Digitized by Google

vit, eorúmque exuſſit claſſem ; non tantùm terreſtribus præliis, ſed & maritimis felix.

A. 676. Saraceni Mardaitarum ſeu Maronitarum metu qui eorum ditionem inSyria, ac Palæſtina invaſerunt, redimunt à Conſtantino pacem, tributo annuo millium librarum Auri, virorum captivorũ quinquaginta, & totidem nobiliorum equorum. Quo audito Avares quoq; pacem efflagitârunt : ſic pax diu optata pietatis Imperatoriæ præmium fuit; Conſtantinus allaborans Deo, ſibi quoque expertus eſt Deum allaborantem.

A. 678. Mahuvias inventum Sudarium Chriſti Servatoris probavit igne, ſicque ortam de eo controverſiam diremit ; nec ita multo poſt obiit, reliquítque ſucceſſorem Gigidem filium, Regni hæredem atque impietatis.

A. 698. Hoc anno Romanus exercitus âb Imperatore Abſimaro miſſus in Syriam, ut eam deprædaretur, ducenta Saracenorùm millia cecîdit, ac copioſam retulit prædam ; jam enim propè in immenſum hæc gens creverat, ac totum pænè implebat orbem, ad orbis ultionem nata, atque à Deo ipſo viſa propagari. SÆCU-

Digitized by Google

SÆCULUM VIII.

Ab anno 700. *ad* 800.

ANno 713. Celebris eſt hic annus Saracenorum in Hiſpaniam tranſitu, cujus proxima cauſa fuit Rodericus in Witizæ (Regis defuncti) familiam deſæviens, expulſis ignominiosè ejus filiis Turmalo & Erpulione. Confugêre illi ad Julianum Tingitanæ Præſidem, cujus filiam Cavam Rodericus vitiârat, & pellicis ſervabat in loco. Hi cum Francis conjurantes, ut Galliam Narbonenſem invaderent, favente intus Oppâ filio Witizæ, Archiepiſcopo ſimul Hiſpalenſi, & Toletano, ſollicitant Ulit Saracenorum in Africâ Regem, qui cum iis præmiſit in Hiſpaniam 25. millia fortiſſimorum militum, ducémque Tariſſam Strabonem. Hi nullo negotiô urbes quas, tribus exceptis, Witiza muris ſpoliârat, occupant. Sed reſtitit initiô, raptim collecto exercitu, Rodericus, & aliquot hoſtium millia cecîdit. Verùm ſuperveniente cum infinitis peditum equitúmque

copiis

copiis Muzâ duce Saraceno, Gothi internecione deleti ſunt. Rodericus aut in prælio, aut in flumine periit, Gothis inſuper in Provincia Narbonenſi exterminatis. Sic pene periit Hiſpania Chriſtianitati, data Saracenis quæ ex Principum ſuorum contaminatiſſimâ vitâ Arabum & Mahumetanorum jam mores induerat.

A. 716. Saraceni Chriſtianis eripiunt duas reliquas urbes, Legionem vi, Toletum proditione Judæorum, & ambabus exciſis, jam magnæ hujus regionis Domini, Regni ſui ſedem conſtituunt Cordubam. Paſſi ſunt tamen inter ſe vivere Chriſtianos, & habere templa, modò penſitarent menſtrua tributa, & iis cederent templorum oblationes: pecuniæ quàm Religionis ſollicitiores.

A. 717. Maſalmas Saracenorum Princeps Pergamum capit, horribili à ſuis civibus Diaboli Sacrificio, ſuadente Mago, pollutum. Mox idem Princeps Conſtantinopolim obſedit arctiſſimâ obſidione, quæ in annum ſequentem producta eſt. Sicque eluxit B. Virginis in hanc civitatem

amor,

Digitized by Google

amor, quæ tam etiam voluit eſſe ſuam, non Saracenicam.

A. 718. Hæc obſidio, ſoluta eſt 18. Kal. Aug. cùm anno ſuperiore 9. Kal. Sept. eſſet inchoata; & ſoluta eſt beneficio S. Virginis cujus imaginem ſupra muros ſolenni ritu Cives circumtulêre; quare à Deo & ab hominibus malè mulctati Saraceni, neutris ſe pares aſſeruêre.

Haumar Saracenorum Princeps, expulſo Maſabriâ, regnare hoc anno cœpit, qui ut ſibi Deum propitium redderet, ſuis vinum interdixit, Chriſtianos ad deſerendam Religionem invitavit, deſerentibus tributorum immunitatem pollicitus, detrectantibus interminatus mortem, auſus etiam Leonem (Imperatorem) incitare ad ejurandum Chriſtum, unde tamen Chriſtianis animus, non metus acceſſit, crevit in Chriſtum fiducia, qui his artibus impetebatur.

Cœpit eodem anno affulgere radius rebus Hiſpanicis. Pelagius enim âb Aſturibus Princeps electus Saracenis, ex ſpeluncâ in qua cum ſuis degebat fortiter reſti-

reſtitit, ac primùm Oppâ Epiſcopo Toletano rejecto, deinde octoginta millibus Saracenorum appetitus, eorum Ducem cum viginti millibus cecîdit, Oppam cepit, reliquos in fugam egit, quorum plerique aut præcipitiis eliſi, aut inundationibus ſuffocati periêrunt, ope potiſſimùm B. Virginis, cui ideo ſpelunca dicata eſt, etiamnum dicta *Sancta Maria de Covandunga.* Quibus auditis in tantam rabiem efferatus eſt Saracenorum Princeps, ut Julianum proditorem Comitem Tingitanum, cum duobus filiis Vitigæ, autoribus expeditionis Saracenicæ, interfici juſſerit, & eorum ſanguine ultus ſit Hiſpaniam, qui eam prodidiſſent.

A. 720. Leo Imper. Copronymum filium per S. Germanum Auguſtum coronandum curavit; quando & nuncius allatus eſt de morte Haumari, quâ pax eſt Eccleſiis reſtituta, quas turbare cœperat, non diu toleratus in Chriſtum inſurgere.

A. 725. Eudo Dux Aquitaniæ, à Carolo Martello malè mulctatus cum ſuis Aquitanis, in ejus perniciem Saracenos invitavit; infelix qui eis per ſuam ditionem dederit tran-

Digitized by Google

tranſitum, quem ſibi magno ſtetiſſe vidit. Omnia enim loca flammis incendêre, atque cæteras inter Baſilicas, S. Hilarii Pictaviense templum. Parabant eandem perniciem Baſilicæ S. Martini Turonenſis, ſed hanc Carolus Martellus inhibuit, cui & ſavit Eudo ad ultionem Saracenorum paratiſſimus, quòd ditionem ejus ferro flammiſque perdidiſſent. Venit ergo Abderamus cum quadringentis hominum millibus in illam planitiem Turonenſem, ubi ædicula S. Martini de Bello, vulgò corrupta *S. Martin de Bell*, & in eâ pedites ſuos, & equitatum extendit: diſpoſuit & ſuorum ſexaginta millia peditum, & duodecim Equitum Martellus Deo magis, Sanctóque Martino, quàm ſuis copiis ſubnixus. Utriſque obſtinatiſſimè certantibus, Eudo cum ſuis Saracenorum invadit caſtra, ubi omnia cæde ac flammis complet; Ille in alios pugnantes irruens, eos à tergo aggreditur, dum Franci à fronte premerent. Fortiſſimis quibuſque cæſis, cæteri ſe dant in effuſiſſimam fugam, in qua, ut in campo, ſeptuaginta millia deſiderati ſunt, cùm ex Francis tan-

tùm

tùm mille & quingenti occubuiſſent. Inter cæteros Abderamus cecidit; Franci etiam aliquot nobiles, ſanguine ſuo pæne Martyres hanc Eccleſiæ peperêre victoriam; Carolus inde nomen *Martelli* retulit, quòd quaſi malleo (martellum Franci vocant) Saracenos contudiſſet.

A. 729. Signa in cœlo viſa, adventûs Saracenorum in Galliam Narbonenſem prænunciá, qui innumerabili coacto exercitu eam tum vaſtare cœperunt, ſpirantes ultionem de ſuis ad Turonas cæſis, ipſi mox eandem aleam ſubituri.

A. 731. Martellus in Saracenos pergit, qui Duce Aucupâ, proditore Mauritio Comite Maſſilienſi, Avenionem interceperant; unde populationibus totam Regionem vaſtabat: adfuit Carolus, urbémque tam graviter verberavit tormentis, ut vi eam ſubierit, omnéſque ejus propugnatores Arabas cecîderit; quæ oppugnatio ad alias victorias mox viam ſtravit, Viro, qui rectè noverat uti victoriâ.

A. 733. Anthimum Saracenorum Regem Martellus Narbonæ cum ſuis obſidet.

Vul-

Digitized by Google

Vulgatâ hujus obſidionis famâ infinitos propemodum Saracenos ex Hiſpania excivit, ut ſuis ſuppetias ferrent, Duce Amorraâ. Sed iis occurrens Carolus Amorraam occidit, & has copias tantâ internecione delevit, ut nullus cladis tantæ nuncius ſupereſſet. Sic Saraceni Nemauſum, Bliterras, Agatham, Megalonem relinquere ſunt coacti, aliáſque urbes flammis incenſas, quòd Arabibus ſe ſe facilius ſubmiſiſſent, Mauritius Maſſiliæ Comes, qui barbaros evocârat, ex metu fugit, & vitam ſuam rupibus inacceſſis debuit, ipſi manu tortoris eripiendam.

A. 734. Saraceni tertiò Gallias ſubierunt, atque Arelatem viceperunt. Petiit auxilium Carolus à Luitprando, qui mox cum ſuis Longobardis adfuit. At Saraceni veriti horum ſimul, & Francorum potentiam, ſtatim receſſerunt; túmque plus oſtentâſſe bellum, quàm geſſiſſe profuit.

A. 738. Ad hunc uſque annum nonnulli Saraceni in Gallia Narbonenſi hæſerant; ex qua tandem eos omnino Martellus expulit, magno & Galliarum, & Hiſpaniarum com-

commodo. Multis enim cladibus attriti Arabes armis Francorum, ad laceſſendos Chriſtianos in Hiſpania, fuerunt imparatiores, imò proniores ad accipiendum damnum. Hoc enim anno Pelagio, & filio ejus Favilâ mortuis ſucceſſit Alphonſus, illius gener, qui non modò fortiter defendit, ſed & propagavit Imperium; ex genere Reccaredi, & ut hic dictus Catholicus; quod nomen poſteriores *Hiſpan.* Reges, quaſi intermortuum, excitârunt, atque eo ſe factis digniſſimos oſtenderunt.

A. 756. Theodorus Patriarcha Antiochenus expulſus eſt âb Hali Saracenorum Principe, quaſi res ſuas Imperatori per literas proderet; quando âb eodem Arabe multi Chriſtiani interfecti ſunt.

A. 757. Hoc anno in Oriente, Habdallas Saracenorum Princeps Chriſtianos gravibus tributis, imò Eremitas & Monachos oppreſſit, ſpoliavit Eccleſias, cruces abſtulit, ornamenta Judæis vendidit, eos etiam Vigilias Sacras celebrare vetuit, & literas ediſcere, ut rudes & illiteratos faciliùs ad Mahumetis ſectam pertraheret.

A. 758.

A. 758. Idem Habdallas in Perſide Magorum ſectam extinxit: cùm ex iis quidam ſuadente dæmone, volare præſumpſiſſent nudi ex eminentibus locis, unde ruerunt præcipites, confractis corporibus: irridendi ſanè, niſi miſeri nimiùm extitiſſent.

A. 763. Armeniam invasêre Turcæ, & ſequenti quoque anno populationes in eandem Regionem extendêre; ingreſſi per Caſpias portas; in Saracenorum poſtea translati nomen, quos & armis & improbitate ſuperavêre.

A. 772. Habdallas, Rex Hieroſolymorum Saracenus Chriſtianos omnes & Judæos in manibus notari inſcribique jubet, ut à ſuis Arabibus diſtinguerentur; quam ignominiam plerique non tulêre; ſed relictis poſſeſſionibus ſuis in Romanorum ditionem confugêrunt.

A. 775. Poſteaquam diu ſæviiſſet, mortuus tandem eſt Habdallas, ſuóque filio Madi Regnum atque furorem reliquit hæreditarium.

A. 780. Madi Princeps Saracenorum crudelem in Chriſtianos excitavit perſecutionem

tionem, cùm juſſit eos qui ex Judæis & infidelibus ad Chriſti fidem tranſiiſſent, eam deſerere, aut tormentis atrociſſimis ſubjici, quod decretum multos martyres inſeruit cœlo. In tota Syria æquatæ ſolo Eccleſiæ, neque tamen repreſſus Chriſtianorum ardor, ſed in ſingulorum animis excitatæ Baſilicæ, lapideis longè Deo gratiores.

A. 784. Moritur Moyſes Saracenorum Rex, qui anno ſuperiori Patri Madi ſucceſſerat, ejúſque locum implevit Junior frater Aaron, malè quoque in Chriſtianos animatus, quorum plurimos intulit Martyres cœlo. Hic tamen Carolum Magnum, coluit, & frequentibus legationibus & muneribus honoravit. Cúmque Carolus miſiſſet in Palæſtinam legatos adviſitandum Chriſti Sepulchrum cum muneribus, non tantùm id fieri paſſus eſt, ſed ad eum miſit S. Sepulchri claves, ut id eſſe in Francorum poteſtate videretur. Quod munus, non tam honor, quàm Vaticinium fuit.

A. 789. Saraceni ad Aaronem perduxerunt Theophilum, claſſis Imperatoriæ ad Cyprum Præfectum, qui tamen, Chriſtum nega-

negare juſſus, mori maluit, & ita victus no-bilem Martyris Coronam conſecutus eſt, omni Victoriâ glorioſiorem.

A. 798. Abdimelech Rex Saracenus in Oriente pacem denegat Irenæ poſtulanti, Conſtantinopolim uſque progreſſus, redit ad ſuos ſpoliis onuſtus. Tum Theodorus Studites veritus eorum crudelitatem Monachos ſuos induxit in Urbem, & cum iis incoluit ſtudium Monaſterium, unde ei adhæſit nomen; uſúſque Sancto otio, multa conſcripſit, quibus ſe non Studitum modò, ſed & ſtudioſiſſimum demonſtravit.

SÆCULUM IX.

Ab anno 800. ad 900.

ANno 803. Relegatâ in Lesbum Inſulam Irenê, Nicephorus (Patricius & Logotheta generalis) Stauratium filium ſuū inaugurari juſſit Auguſtum, neque corpore, neq; mente ſanum, quô per Tharaſium coronato, ipſe progreſſus eſt adverſus Saracenos, ſed ab his adeò victus, ut vix incolumis

Digitized by Google

Conſtantinopolim redierit, ad publicam ignominiam, populo non ingratam.

A. 805. Aaron Saracenorum Princeps adverſus Nicephorum trecenta millia armatorum eduxit, quibus hic territus, pollicitus eſt illi tributi nomine tricena millia numiſmatum, & tria millia in Imperatoris, & totidem in filii caput.

A. 807. Verùm hoc anno, cùm Aaron comparatâ claſſe Rhodum vaſtaret, captam Myrum, Lyciæ civitatem diriperet, ſuppoſitam arcam Reliquiarum S. Nicolai, pro vera ſublata, disjiceret, pœnas dedit ſacrilegæ voluntatis: agitatâ enim tempeſtate, claſſis pænè tota naufragium paſſa eſt; ipſe vix incolumis rediens, invitus Sancti hujus poteſtatem coactus eſt confiteri.

Eodem anno Carolus Magnus, Miſſâ in Corſicam & Sardiniam claſſe, Duce Burchardo, bis Saracenos profligavit; quorum aliqui piratæ Monachos 60. ceperant in Pantelaria Inſula, ac vendiderant in Hiſpania; cui impietati cauſam cladis ſuæ ſcelerati ipſi ſapienter aſſignârunt.

A. 808, Aarone Saraceno Principe demortuo,

mortuo, filii ejus Mauhmat & Habd I a de Regno depugnantes, Syriam cædibus & rapinis implevêre; quæ ad Chriſtianos maximè pertinuerunt, eorum Eccleſiis & Monaſteriis compilatis atque disjectis. Quid enim à civili bello, & inter Saracenos excitato aliud exſpectaretur?

A. 811. Leo Prætor Armeniacorum, ferens donativum militare talentûm ſexdecim, & librarum mille trecentarum, à Saracenis occurrentibus interceptus, & pecunias, & multos è ſuis captivos amiſit.

A. 812. Cum eſſet hoc anno inter Saracenos quaſi ἀναρχία, ejus damnum in Eccleſias Chriſtianorum redundavit, maximè in Palæſtina, & Hieroſolymis; ubi loca ſacra fœdata turpiùs, quò plus ſanctitudinis habuêre.

A. 815. Jugo Saracenico Hiſpani adeò premebantur, ut plerique cum ſuis Comitibus, illud excuſſuri confugerint in Galliam.

A. 821. In Hiſpania Habdarragman Saracenorum Princeps regnare cœpit, & Cordubæ Adolphum & Joannem Marty-

Digitized by Google

rum primitias immiſit cœlo; quos poſtea ingentia ſecuta ſunt agmina, & glorioſi Chriſti teſtes, ac Saracenicæ crudelitatis.

A. 822. Hoc anno Saraceni Hiſpanienſes occupavere Cretam Inſulam, atque ex Suorum conſilio, ut hanc ſervarent, in loco Candace dicto Urbem validam munivêre; unde deinceps Inſula dicta Candax, & Candia, nomen antiquum cum libertate perdidit.

A. 827. Euphemius Dux in Sicilia, (quòd Virginem Deo Sacram duxiſſet uxorem) accuſatus apud Michaëlem Imper. pœnæ metu fugit in Africam ad Saracenos, à quibus dictus eſt Imperator: ipſe eos in Siciliam induxit; unde & Calabriam & aliquas Italiæ partes occupârunt.

A. 831. Liparam Inſulam Saraceni devaſtârunt, non mitiores in Corpus S. Bartholomæi, quod disjectum eſt, ejúſque oſſa per agros ſparſa, quæ tamen à quodam Monacho, âb Apoſtolo indicata, collecta & Beneventum Religiosè tranſlata ſunt.

A. 841.

Digitized by Google

A. 841. Cùm Theophilus Imper
lum adverſus Saracenos ſuſcepiſſet,
conjunctus, âb iis proditus, victus e
ferè captus, multis Procerum rel
quos confitentes Chriſtum, Saraceni
tyres interemerunt; in ſuppliciis, qu
prælio fortiores.

A. 843. Annus hic Italiæ Saracen
graſſationibus fatalis fuit. Duces eni
neventani, his ex Hiſpania adſcitis, I
expoſuêre quando & Beneventum
tum, incenſaque Capua, direptum à
nulpho ſeu Sigenulpho, altero Benev
no Duce, Caſſinenſe Monaſterium,
omnibus ſuis ornamentis Francicis ſ
tum, elatis auri puriſſimi centum tr
libris, argenti Nongentis, præter a
argentúmque ſignatum, ac gemmas.
nique affixa ſic Italiæ Saracenica lue
vix annis triginta extincta ſit, atqu
pulſa.

A. 846. Saraceni Africani, com
claſſe ingenti, Romam improviſo m
grediuntur, à cujus muris ægrè repul
Sed S. Petri Baſilicam omnibus ſuis
mentis atque divitiis ſpoliârunt; i

per Italiam effuſi, à Caſſinenſi Monaſterio divinitùs rejecti ſunt; ac redeuntes in Africam, per SS. Petrum atque Benedictum eis apparentes, in mari fœdiſſimum Naufragium paſſi, pæne omnes cum ſuis navibus ac ſpoliis perierunt.

A. 849. Novâ inſtauratâ claſſe Romam diripere cogitant Saraceni: contra quos munit Urbem Leo; inſuper iiſdem occurrens Neapolitana claſſis, eos malè mulctavit ad portum Romanum; ſed Deus quoque in partem Victoriæ venire voluit, excitatâ gravi tempeſtate, quâ naves aut hauſtæ, aut quaſſatæ ad littus, milites Romanis, & Neapolitanis trucidandos aut capiendos objecêre: quare ex iis multi captivi onuſti vinculis ferreis ad conſtruendos Urbis muros adhibiti, ex malis militibus perboni & utiles latomi ſunt effecti.

A. 852. Renovata hoc anno tantiſper interrupta Cordubæ perſecutio; in qua multi ad Mahumetum defecêre, etiam Epiſcopi. Tum Rex Habdaragman Pſeudo-Synodum convocavit ex omnibus ſuæ ditionis Antiſtitibus; in qua in ejus gratiā de-

cretum

Digitized by Google

cretum primò, non eſſe Martyres qui ſe ſponte offerrent, ſed ſuperbos & temerarios; deinde neque Martyres eſſe & Sanctos qui miracula non ederent, & quorum corpora poſt obitum non remanerent incorrupta: quæ libro confutavit S. Eulogius. Ex tot autem Epiſcopis tantùm inventus eſt unus Cordubenſis qui repugnaret Regi, adeóque detruſus in carcerem. Sed Rex impius ſtatim pœnas dedit; dum enim Corpora Martyrum quædam addicit rogo, lingua ejus palato adhærens eum ſuffocavit, antequam ejus imperium impleretur, & ad æternos rogos miſerum detruſit. Succeſſit ei filius Mahomad, ſeu Mahumetes, neque parente melior, neque recentis ſupplicii metu ad ſanam mentem revocatus.

A. 866. Dum Saraceni Campaniam & Samnium infeſtant, cum ingenti exercitu in eos movet Ludovicus Imper. eóſque variis cladibus affectos parciùs & cautiùs excurrere compellit.

A. 872. Ludovicus Imper. Beneventi capitur in ſuo palatio per Adelgiſum Ducem Beneventanum & Scodam Ducem

Saracenorum: & jurare cogitur quidquid proditores voluêre.

A 874. Abdila ſeu Abdala Princeps Saracenorum Afrorum, Salernum obſedit, ſibi domum elegit in Baſilica SS. Martyrum Fortunati, Caji, & Anthes. Hic cùm ſibi parâſſet thorum in altari, in quo Virginem comprimere nitebatur, trabs è tecto lapſa, licet longè diſtans à lecto, eum interemit intactâ Virgine. Urbs autem obſidione ſoluta eſt, adveniente Ludovico Imper. Saracenos internecione deletos tam impurum habuiſſe Regem pœnituit.

A. 880. Infeſtaverunt hoc anno Saraceni Orientis oras, at expugnatâ eorum claſſe, Baſilius Imper. inſignem de iis Victoriam retulit.

A. 881. Cum Saracenis, Athanaſius Neapolitanus Epiſcopus, & fratri ſuo in Urbis regimine ſucceſſor, fœdus iniit, reclamante Joanne Pontif. maximo; quare & excommunicatus veniam priùs non obtinuit, quàm Saracenis obtruncatis, eorum ſanguine crimen ſuum eluiſſet.

A. 884. Caſſinenſe Monaſterium hoc an-

anno incenſum eſt à Saracenis, S. Berthaꝛ rius Abbas ad altare trucidatus, ſola reſtiti Eccleſia Salvatoris, miraculi teſtis, & index loci Sanctiſſimi.

A. 886. Saracenii Tarſi regnantes, egregiè repreſſi ſunt âb Andrea Duce quodam, ad quem antea Saracenorum Princeps literas dederat in Chriſtum ejúſque Matrem blaſphemarum plenas; quas ille ad imaginem B. Virginis appendit, invitans ad vindictam, & progreſſus in hoſtes eos ſic contudit, ut hi non humanâ, ſed divinâ manu ſe ſe victos faterentur.

SÆCULUM X.

Ab anno 900. *ad* 1000.

ANno 915. Saracenos, qui jam âb annis 40. propè Garilianum conſederant, inde Italiam depopulatos, Chriſtiani Græci ſimul & latini junctis copiis invaſerunt, quibus ſuum quoque Joannes X. junxerat exercitum; tantâque clade debellati ſunt, ut ne vel unus ſuperfuerit certamini, au-

pti omnes, aut trucidati; Italiam pur-
ivêre.

A. 923. Habdarraghman Saracenorum
ordubæ Rex, ejus nominis Quartus, di-
im in Chriſtianos perſecutionem excita-
it, vocans ſe *Legis divinæ defenſorem*, *A-
iomiramolin*, hoc eſt: *Regem credentium*:
ib quo paſſa S. Eugenia Virgo, aliique
omplures.

A. 936. Genua âb Africanis Saracenis
nproviſo impetu capta eſt, puberibus om-
ibus interfectis, fœminis ac pueris abdu-
tis, totâque urbe compilatâ. Fons ſan-
uine paulò ante fluens, hanc cædem præ-
inuerat; admonuerat Genuenſes, non
mendârat.

A. 938. Cæſus à Ramiro Rege Legio-
enſe, & captus eſt Rex Abenain regnans
Cæſar Auguſtæ, Abdarraghman Cordubæ
'rincipe vix elapſo, qui mox atrocem per-
ecutionem renovavit, quâ multos Marty-
es induxit cœlo; ut in terris, & in cœlo
Chriſtiani triumpharent.

A. 751. Saraceni aditus Alpium occu-
antes, tributum peregrinis imponebant,
quò

quò tamen Chriſtiani Occidentales non deterrebantur, quominus ejus ſolutione ſanctam adirent civitatem.

A. 957. Hoc anno Saraceni in Oriente vicum Herculis ingreſſi, Themel Sacerdote ad aram faciente, manibus ipſe geſtans Chriſti Domini Corpus in eosdem irruit, multos vulneravit, multos interemit; quamobrem ſuſpenſus eſt âb Epiſcopo; à quo cùm non poſſet impetrare veniam, ejuratâ fide factus eſt Saracenus, multáque Eccleſiæ, plura Imperio intulit damna, ad Sacerdotium minùs quàm ad bellum aptus.

A. 963. Miſit Nicephorus Phocas Orientis Imper. Manuelem cum claſſe in Siculos Saracenos, ut ſe eximeret à tributo penſitari ſolito à tempore Baſilii Imper. ſed Manuelis imperitia res Græcorum perdidit, Saracenorum erexit, cùm hic cæſus eſſet cum exercitu. Tumque credidêre Saraceni, quòd in Vaticiniis Hippolyti Epiſcopi Siculi legerent, ſe nunquam à Græcis vincendos eſſe, ſed tantùm à Francis; & verum Vatem Hippolytum fuiſſe, poſteà eventus docuit.

A. 967.

Digitized by Google

A. 967. In Hiſpania, Saraceni antea attriti animos reſumpſerunt ex bellis domeſticis Sancii & Ordonii cognomento Mali, in quibus Sancius ad Saracenos confugere coactus eſt, & periculum erat, ne ſub puero Principe, (Ramirio tertio) ex auxiliatoribus Arabes illi fierent oppreſſores.

A. 969. Saraceni, expugnatis in Cilicia & Syria urbibus, Joannem Patriarcham Hieroſolymitanum vivum combuſſerunt, quaſi Græci Imperatoris fautorem: Antiocheni quoque Patriarcham ſuum Chriſtophorum jugulârunt; incenſum quoque Dominicæ Sepulturæ templum; ſic maduit humus ſacro ſanguine; aër ſacris quoque flammis exarſit.

A. 983, Otho Germanorum Imperator in Saracenos Græcis junctos progreditur; ſed commiſſo prælio Navali victus magnam Exercitûs ſui partem amiſit, cum omnibus proceribus, & aliquot Epiſcopis Germaniæ, qui tùm ad altaria Infulati, quàm in navibus Galeati eſſe voluerunt.

A. 985. Defuncto Legionenſi Rege Ramiro,

miro, in Caſtellam & partem Gallæciæ tota vis Saracenici belli incubuit. Captæ enim Urbes Chriſtianorum multæ, atque inter cæteras Compoſtella diruta, ubi tamen abſtinuêre âb Apoſtoli Sepulchro.

A. 998. *Sub Veramundo Rege Gallæciæ*, Saraceni poterant omnia, potiri Legionenſi Regno. Almazor itaque eorundem Rex cum infinito exercitu Chriſtianos Principes vicinos *aggreſſus eſt*; *ſed âb iis* ſuperatus peditum 70. millia, equitum 40. millia perdidit; quare idem paulò poſt ex inedia periit, ne tanto dedecori ſupereſſe cogeretur.

SÆCULUM XI.

Ab anno 1000. *ad* 1100.

Anno 1009. Judæi Aurelianenſes in Francia, miſerunt ſervum neſcio quem habitu peregrini, cum literis baculo incluſis, ad Principem Babylonis, monentes eum, niſi ſubverteret templum Hieroſolymitanum, ejus Regnum cum genere brevi à Chriſtianis exſcindendum. Quod illicò ex

parte

parte præſtitit, everſâ etiam S. Georgii Eccleſiâ, quòd in eam ingreſſi Saraceni cæcitate percuterentur. Quæ cum in Occidentem perlata eſſent, conſenſu atque decreto communi, ex omnibus Urbibus Chriſtianis Judæi expulſi ſunt. Gerulus porrò literarum Aureliis vivus exuſtus ſuæ peregrinationis meritum præmium retulit. Neque diu malitiæ ſuæ fructu potiti ſunt Judæi, Maria enim Principis ſeu Emiri Saracenorum, Mater Chriſtianiſſima, idem templum magnificentiùs reparare cœpit, innumerâ multitudine fidelium ad reædificationem Domûs Dei munera conferente.

A. 1010. In Hiſpania Saraceni parvas in Satrapias dividuntur, quos ſi aggreſſi eſſent Principes Chriſtiani, omnes facilè expuliſſent ſed tunc temporis etiam inire cum iis Matrimonia maluerunt, & pro illis inter ſe dimicantibus decertare; Epiſcopis venientibus in hujus ſceleratæ militiæ partem, qui nonnunquam pro iis ſceleratis, ſceleratam vitam profudêre, quam Chriſto & gregibus ſuis reſervare debuiſſent.

A. 1016. Benedictus VIII. Papa Saracenos Eccleſiæ littora infeſtantes, compa-

ratâ

tam validâ claſſe ad internecionem delet, ipſorum Rege fugâ elapſo, Reginâ autem captâ, & capite truncatâ. Unde Rex efferatus conjugis ac ſuorum cæde, Summo Pontifici Saccum caſtaneis plenum tranſmiſit cum minis, tot ſe proximâ æſtate Milites contra Pontificem ducturum: Pontifex autem eidem Marſupium milio plenum remittens, tot ipſum Loricatos vel plures in Italia inventurum ſignificavit.

A. 1022. Saraceni repreſſi ſunt âb Henrico Imper. qui à Benedicto Papâ, Italis, & Normannis Sollicitatus magno cum exercitu in Italiam venerat.

A. 1027. In Luſitania ad Viſæum, Saraceni cum Alphonſo V. Rege Legionenſi dimicant Non. Maji; ubi Hic ſagittâ ictus interiit.

A. 1031. Permittente Saracenorum Principe, ex fœminâ Chriſtianâ nato, Templum Hieroſolymitanum ante everſum, refectum eſt.

A. 1037. Veramundo Legionenſi cæſo à Ferdinando Magno Caſtellæ Rege, cognato ſuo, duo hæc regna juncta ſunt; quare jam potentior Ferdinandus Conimbricam aliáſ-

aliáſque civitates Saracenis ademit, patrocinio S. Jacobi, cui addictiſſimus fuit, & cujus auxilium nunquam fruſtra poſtulavit, crebrò ad ejus tumulum peregrinatus.

A. 1038. Gregorius cognomento Maniacus, vir fortiſſimus miſſus eſt à Michaële Imper. ad expellendos è Sicilia Saracenos; quod & præſtitit, ac Conſtantinopolim rediens Corpus S. Luciæ tranſtulit, omni victoria & triumpho pretioſius.

A. 1040. Idem Gregorius ex Sicilia revócatus & Majeſtatis accuſatus eſt, ſuffecto ei Catacalo, cognomine Combuſto; túmque redeuntes cum ingenti claſſe Africani Saraceni univerſam Inſulam occupârunt præter Meſſanam, quam gravi obſidione cinxerunt; in ea dum ſe gerunt negligentiùs, Catacalus (Michaëlis Imper. in Oriente frater) cum ſuis SS. Euchariſtiâ munitis irruit, in ſomno vinóque ſepultos, omnéſque cum Principe ſuo Apocaſare, aut cecîdit, aut Inſulam relinquere compulit, immensâ auri argentíque & gemmarum copiâ in caſtris obtentâ, adeò ut milites inter ſe Lapillos & Margaritas medimno divide-

viderent; ſicque omnes divites, & Dux eorum glorioſus rediit.

A. 1048. Turcæ qui hactenus ad Boream Cavenſis montis conſederant, unde ad ſtipendia Principum veniebant: quò & ditati ſpoliis redibant, à Perſarum Rege Saraceno vocati ac malè habiti, eum ſuperârunt, ac totâ Perſide potiti, ſenſimque Conſtantinopolim accedentes, Aſiâ minore perdomitâ, Orientale Imperium occupârunt, Occidentali terribiles, ac meritò ob diſciplinam militarem reformidandi.

A. 1063. Pars quarta Hieroſolymorum refecta eſt pecuniâ Chriſtianorum, quam Conſtantinus Monomachus Imper. contulit, ideóque conceſſum eſt Chriſtianis à Calypha Saraceno, ut eâ pace âb iiſdem incoleretur, & hujus partis incolæ à ſolo Patriarcha judicarentur, cui partis hujus dominium ceſſit, quo tamen non melior ſed tantùm potentior effectus eſt.

A. 1064. Hieroſolymam nobilis ſuſcepta eſt peregrinatio ſeptem millium & amplius Virorum, quorum Duces fuêre quatuor Antiſtites, ſed ſplendidiùs & majori quàm par erat, cultu incedentes, âb Ara-

Arabibus latronibus ſæpè vexati ſunt, quos armis quidem, ſed magis divino præſidio repulêre.

A. 1067. Mortuo Conſtantino Duca Imper. Turcæ Cappadociam vaſtantes, ejus primariam Urbem Cæſaream diripuerunt, & S. Baſilii templum toto Oriente celeberrimum omnibus ornamentis ſuis ſpoliârunt, intacto tamen Sancti Viri ſepulchro, etiam Dæmonibus venerando.

A. 1071. Celebris hic annus clade & morte Romani Diogenis Imperat. hic enim depugnans adverſus Turcas oblatam ſibi pacem âb Azamo Sultano ſuperbè rejecit, eúmque recedentem aggreſſus eſt generoſiùs quàm cautiùs. Dum autem redit ad ſuos, poſterior acies credens eum fugere, ſe effuſam dedit in fugam, quam univerſus exercitus imitatus eſt. Oblatâ occaſione benè uſi Barbari nobilem retulêre victoriam, ipſo Diogene capto. Hic interrogatus âb Azamo quid ei facturus eſſet, ſi cepiſſet eum vivum, reſpondit ſe in eum graviùs animadverſurum; at tibi, inquit Azamus, non reponam vicem; audio enim Chriſtum veſtrum docere, hominem inju-

riarum

riarum immemorem eſſe debere, Deum humilibus dare gratiã. Deniq; eum Regio more excepit, & pacem cum Romanis firmam ſancivit, Turca Græcis longè generoſior.

A. 1074. Gregorius Papa expeditionem parat adversùs Saracenos, jámque quinquaginta hominum millia in armis erant, quibus & fidei hoſtes capitales retunderet, & Schiſmaticos Orientales fidelibus Chriſtianis adjungeret, ſed pium hoc opus metus mali, quod âb Henrico Germaniæ Rege Eccleſiæ imminebat, penitùs extinxit, ne dum Gregorius externa curat, domeſtica neglexiſſe videretur.

A. 1076. Rex Anzir Saracenus, ad Gregorium Pontif. Legavit Servandum Presbyterum, ut hic Hipponenſis Epiſcopus Sacraretur.

A. 1087. In Saracenos Victor Papa expeditionem convertit; miſſóque in Africam parato ad debellandos eos milite, centum millia hoſtium cecîdit, capta exciſâque eorum Urbe præcipuâ, quæ Hipporum fuiſſe creditur.

A. 1091. Saraceni Alphonſo VI. Caſtiliæ Regi parere recuſabant qui filiam Regis

gis Hiſpalenſis Mauri duxerat uxorem, eámque ad Chriſti fidem perduxerat; hinc illorum odium in Alphonſum; qui tamen obtentis per Francos, ad quos confugerat, copiis, Arabes repreſſit victor poſt fugam glorioſior.

A. 1095. Synodum Claromontanam indixit Urbanus II. in qua, convenientibus 13. Archi-Epiſcopis, & Epiſcopis 205. de expeditione Hieroſolymitana actum eſt; pro re Chriſtianâ contra Saracenos fortiter curandâ. Dimiſſi ergò Patres à Concilio, Sacrum hoc Negotium diligenter promoverunt; ac tum profitentibus hanc Chriſtianam militiam adhibita Crux purpurea ſupra dextrum humerum aſſuta pro teſſera, oblatis pro ſtipendio Indulgentiis; tantâque alacritate hoc ſuſceptum eſt bellum, quaſi non de repetendâ Palæſtinâ, ſed adeundo cœleſti Regno ageretur.

A. 1096. Expeditio ſacra, variis temporibus à variis Ducibus inchoata eſt; quos inter glorioſè numeratus eſt GODEFRIDUS BULLIONIUS, qui & in eam cauſam Ducatum ſuum vendidit Epiſcopo Leodienſi, & nonnulli Epiſcoporum nominatim Ademarus

Ani-

Digitized by Google

Aniciensis Epiſcopus: & Duces & Comites quos inter BALDUINUS & EUSTACHIUS fratres GODEFRIDI. Hugo frater Regis Galliæ, Robertus Flander, Stephanus Bleſenſis, Raimundus Toleſanus, Boemundus Apulus aliique cum Exercitu centum fortiſſimorum bellatorum millium ex Occidente collectorum.

Initium autem expeditionis ductum eſt à Judæis, qui omnes aut trucidati ſunt, aut Chriſti fidem ſunt profeſſi, aut ſibi violentas manus injecêre.

Scribit Zonaras hanc profectionem indicatam fuiſſe cœlitus per infinitam locuſtarum multitudinem, quæ ab occidente orta & tanta ſuit, ut inter volandum Orientem verſus, nubibus æquipararetur & ſolem obſcuraret.

A. 1097. Chriſtianæ expeditionis milites poſt multa cum Turcis prælia & quintâ hebdomadâ obſidionis Nicæam Bithyniæ occupant. Eodem anno BALDUINUS frater Godefridi Bullionij factus fuit Comes Edeſſæ Meſopotaniæ & Medorum Metropoleos.

A. 1098. Expeditio Chriſtianorum Antiochiam

tiochiam & alia loca munita feliciter oc-
cupat, obſeſſique iterum Chriſtiani Ant-
ochiæ, & fame graviſſimè preſſi, invent
inibi ſacrâ lanceâ, quà latus Chriſti perfo-
ratum eſt, fortiſſimè animati, ingentem
hoſtibus Victoriam reportant, plures hau
dubiè victorias meſſuri, & loca occu-
paturi; ſi perfidiâ & doliſ Alexii Comn-
ni, Græcorum Imperatoris, Latinis infeſti
à progreſſu impediti non fuiſſent.

A. 1099. Urbanus Papa celebrat Romæ
Synodum Generalem centum ac quinqua-
ginta Epiſcoporum, in qua præter alia de-
nuò Guilbertus cum fautoribus ſuis ana-
themate percutitur, & Chriſtiani ad con-
tinuandam & promovendam ſacram expe-
ditionem animantur.

Ad Urbani triumphum pertinet, quod
eodem tempore, nempe Idibus Julii hu-
jus anni Feriâ tertiâ & horâ, quâ Chriſtus
mortuus eſt ingenti ſtrage hoſtium Chri-
ſtiani, Duce Godefrido Bullionio, Hiero-
ſolymam ceperint, poſtquam 490. annis
in Saracenorum poteſtate fuiſſet. Ita Sigeb.
Onuph. Palmer. & eundem Bullionium
primum Hieroſolymorum Regem crea-
verint,

u-
ra-
hri-
duo
us,
tute

ptis
edi-
eſtis
ſum,
, ca-
tiam

uili-
tiPa-
runt
ſoly-
, ut
et, &
rſum
ſtia-
mi.
ſoly-
r

Comes vel Princeps Edenis

Digitized by Google

tioch

cupa

ochi

inbi

ratu

hoſti

dubi

patu

ni, G

à pr

A.

Syno

ginta

nuò

then

tinu

ditio

A

eode

jus a

mor

ſtian

...erofolymorum Regem crea-

verint,

Digitized by Google

verint, qui tamen noluit auro coronari, ubi Chriſtus ſpinis coronatus fuerat. Saraceni tunc omnes jugulati, & Urbs à Chriſtianis incoli cœpta, ſelecti quoque duo Patriarchæ Daybertus Hieroſolymitanus, & Bernardus Antiochenus, ambo virtute & doctrinâ clari.

Addit Genebrardus ex manuſcriptis Fucheri Carnotenſis, qui in illa expeditione *Sacellanum* egit Balduini & teſtis eſt oculatus, milites inopiâ Jumentorum uſos fuiſſe ad ſarcinas ſuas vervecibus, capris, ſuibus arietibus, interdum etiam bobus equitâſſe.

A. 1100. Quanto *Solatio* boni quilibet in Eccleſia mortem Guilberti AntiPapæ exceperunt, tanto mœrore luxerunt mortem *Bullionij* primi Regis Hieroſolymorum viri fortiſſimi ac tanti roboris, ut camelis uno gladii ictu colla demeteret, & armatum loricâ *Saracenum* in transverſum medium ſecaret; inſuper de tota Chriſtianitate optimè meriti & pietate clariſſimi.

Godefrido Bullionio Regi Hieroſolymitano mox ſuffectus eſt Balduinus Frater Comes vel Princeps Edeſſenus, qui ſtatim

Digitized by Google

cum mille & quadringentis equitibus venit Hieroſolymam, disjectis ubique Saracenis tranſitum occupantibus.

SÆCULUM XII.

Ab anno 1100. *ad* 1200.

A. 1101. Expeditio in terram ſanctam alterâ nunc vice ſuſcipitur, Ducibus Hugone, Philippi Regis Francici, Germano, Guilielmo Aquitaniæ Comite, & aliis Proceribus: & cum tantis copiis, ut ad trecenta Chriſtianorum millia confluerent. Sed hæc tanta multitudo plurimum damni paſſa eſt à Saracenis perfidiâ Alexij Comneni Imper. Orientis magis Mahometanis, quàm latinis faventis; ita ut quinquaginta millia in viâ cum plurimis impedimentis perdita fuerint, etiam Hugone Tarſi ex morbo defuncto. Eluctati ſunt Chriſtiani per varſas vias in Syriam, & eorum adventu Balduinus egregiè uſus adverſus Saracenos, qui ad eum opprimendum trigeſies centies armatorum millia eduxerant, ſpe maximâ certæ victoriæ obtinendæ à ſuis ſacrificiis animati. Sed aſpectu ſig-

ſigni Crucis, quæ Regi præferebatur, qui initio Victores erant, ingenti cæde deleti ſunt, & Joppe ab iiſdem Arabibus obſeſſa, pariter liberata: appulſu deinde Genuenſi claſſe Antipatra & Cæſarea maritima, aliæque munitiones expugnatæ & captæ magnos animos victoribus addiderunt.

A. 1103. Centum quinquaginta millia Chriſtianorum inordinato patriæ deſiderio terram ſanctam deſerunt, & cum trecentis navibus in occidentem venientes: tempeſtate correpti majore ex parte pereunt, reliqui à Saracenis intercepti in duriſſimam ſervitutem abducuntur.

A. 1104. Balduinus II. Hieroſolymorum Rex auxilio Danorum, Anglorum, Flandrorum, & Regis Norvvegiæ prævio ſigno S. Crucis ingentem obtinet victoriam de Saracenis; triumphi tamen lætitia nonnihil diminuta eſt, ob mortem Raymundi comitis Toloſani, qui & gloria militari & laude pietatis magnus erat.

A. 1107. Paschalis miſſo Hieroſolymam Gibelyno Archi-Epiſcopo Arelatenſi Ebremarum intruſum à Balduino,

Digitized by Google

deponit, mortuo jam Daiberto legitimo Patriarchâ.

A. 1110. BALDUINUS dotat Epiſcopatum Bethleëmenſem auctoritate Paſchalis erectum.

A. 1111. Capitur à BALDUINO Berytus & Sidon auxilio Danorum & Norvvegórum, quos pietas in orientem pertraxit.

A. 1112. Hieroſolymis mortuo Gibelino Patriarchæ ſucceſſit Arnulphus Archi-Diaconus carcere, quàm hâc ſede dignior.

1113. Turcæ ab Hieroſolymâ obſeſsâ repelluntur, & furorem ſuum convertunt in Montem Itaburicum, ſivè Taborem, & Monachos Cluniacenſes, ibidem Monaſterium incolentes, omnes Martyrio afficiunt; exinde tamen res Chriſtianorum in deterius ire cœperunt, Deo non aſſiſtente Balduino ob incæſtas nuptias, quas, ſuadente impio Arnulpho contraxit cum Siciliæ Comitiſsâ, relictâ priore adhuc ſuperſtite.

A. 1114. Expulſus eſt Hieroſolymitanâ ſede Arnulphus Patriarcha, per legatum Pontificis. At ille in Italiam ad fautores Prin-

Principes ſuos navigans, tam multa munera in eorum comites & famulos effudit, ut in ſedem ſuam remitteretur.

A. 1117. Incepit ordo Equitum S. Joannis Hierosolymitani, cujus magiſter creatus mortuo Rogerio, Raimundus de Puteo Delphinas, hic, cùm antea religioſi ejus tantùm ægris inſervirent, eos etiam ad arma ferenda incitavit, & in tres claſſes diviſit, in Equites, Servientes, & Eccleſiaſticos; dicti autem ſunt S. Joannis vel Baptiſtæ vel Eleëmoſynarii, quod eorum noſocomium alterutri iſtorum conſecratum eſſet prope Baſilicam S. Mariæ Latinæ, quæ condita fuerat, antequam occidentales Palæſtinam occuparent, à Melphytanis mercatoribus, ab Ægyptio Sultano impetratâ poteſtate.

A. 1118. Balduino II. Regi Hieroſolymitano vitâ functo ſuccedit Balduinus Burgo ejuſdem affinis.

Defuncto eodem anno Alexio Comneno Orientis Imperatori ſuccedit Calo Joannes ejusdem primogenitus. Et Alexius quidem, quanquam Catholicus eſſet, ex odio tamen occidentalium, ac præcipuè

Francorum rem Chriſtianam in Oriente peſſundare conatus eſt.

Incepit ordo Templariorum, initio ducto à novem viris nobilibus, quorum præcipui fuerunt Hugo de Paganis, & Ganfredus de S. Ademaro. Dicti ſunt templarii, quod eis Balduinus partem ſui Palatij juxta templum, & Canonici templi eis plateam vicinam conceſſiſſent. Eorum prima cura fuit, vias ad S. civitatem tutas reddere, & peregrinos omni ope & auxilio tueri: his poſtea veſtis candida aſſignata cũ Cruce & ſcripta regula, quam ſatis accuratè ſervârunt, donec facti ſunt ditiſſimi atque potentiſſimi, ipſis etiam principibus & Regibus metuendi, quæ eorum ruinæ præcipua cauſa fuit.

A. 1120. Balduinus III. contra Turcam prævio ſigno crucis progreſſus, inſignem Victoriam reportat. Et mox concilium habitum Samariæ ad corrigendos Chriſtianorum mores, ac præcipuè Eccleſiaſticorum in Palæſtinâ; quorum ex pietate pendere Victorias ſuas jam pridem Principes intellexerunt.

A. 1123. Balduinus III. Rex Hieroſoly-

nutanus

Digitized by Google

mitanus in inſidias pellectus à Balacho potentiſſimo Turcarum Rege capitur, & in cuſtodia duodeviginti menſibus detentus tandem grandi pecuniâ redemptus eſt; animos tamen non deſponderunt Chriſtiani; ſed Venetorum claſſe corroborati Tyrū hactenùs inexpugnabilem viſam capiunt.

Eodem anno Joann. Comnenus Imperii ſui anno 5. innumeras barbarorum copias repetito ſæpè prælio devicit ope Dei Genitricis, cujus imaginem impoſitam curru Conſtantinopoli triumphare voluit, quam pedes ipſe præcedebat; hâc demiſſione, crebrò triumphare meritus.

A. 1124. Chriſtiani in Syriâ à 40. millibus Saracenorum circumventi magnas in anguſtias rediguntur, ac proinde ad Dei opem implorandam more Ninivitarum etiam infantibus ac pecudibus indicto jejunio in hoſtem procedunt, licet vix eſſent ter mille, victi ſunt hoſtes cæleſti lumine territi multis millibus cæſis & perditis, & ex Chriſtianis, ne uno quidem amiſſo.

A. 1131 Balduinus II. Rex Solymæ liberatâ fortiter ac feliciter Antiochiâ ex morbo obit, eique ſuccedit Fulco Comes Turonenſis.

A. 1142. Fulconi Hieroſolymorum Regi, ex equo delapſo, & defuncto ſuccedit Balduinus III. annorum 13. ſub tutelâ Meleſentis Matris.

A. 1143. Obiit hoc anno Calo-Joannes, & divinitùs, uti creditur, mulctatus ob pertentatam Antiochiam ſanctóſque Eremitas vexatos. Nam in venatione læſus ſagittâ ſuâ Venenatâ, ex pharetrâ defluente, ſibi necem intulit.

A. 1144. Chriſtiani in Oriente, dum Boſtra Metropolim Arabum obſident, in inſidias incautè ruentes, virtute S. Crucis, quam præferebat Robertus Nazaræus Antiſtes, periculo excepti ſunt; móxque iterum internecione delendi, ducti ſunt à prævio quodam ignoto Duce, quem bonum fuiſſe Genium Palæſtinæ, omnes actis ſplendidè Deo gratiis agnoverunt.

A. 1146. Multiplici Chriſtianorum expeditione celebris hic annus fuit. Præcipua inter eas fuit, cui S. Bernardus claſſicum occinuit, & cui nomen dederunt Ludovicus VII. Franciæ, & Conradus Romanorum Reges cum populo innumerabili: prudenter impedivit Bernardus, ne

Judæi

Judæi necarentur, quos Petrus Cluniacenſis cenſuit bonis ſuis ſpoliandos propter exercitas uſuras, ut furris ſceleratorum hominum Chriſtiani milites alerentur. Alia quoque expeditio ſuſcepta eſt contra Saracenos in Hiſpaniam, ita ut orbis convolare videretur pro gloriâ Chriſti amplificandâ.

A. 1147. Conradus Imperator Germaniæ cum exercitu Germanorum multis per viam ſuperatis difficultatibus propè Conſtantinopolim caſtra figit, ſed proditus à Græcis, & à Turcis laceſſitus, totum propè exercitum perdit. Juſſu enim Manuëlis calx Latinorum farinæ admiſcebatur, unde plurimi perierunt, & Conradus Conſtantinopolim regredi coactus, ubi à Manuële tantò benigniùs acceptus eſt, quantò magis præoptavit eum infelicem, quàm victorem excipere.

Conradum ſecutus eſt Ludovicus Galliarum Rex, cum magnis optiméque inſtructis copiis (cùm in Galliis priùs Eugenium Pontificem, qui ad Romanos Arnaldiſtas evitandos, eò ſe receperat) hic tandem perveniens in Pamphiliam Chri-

Digitized by Google

ınis magno ſolatio & auxilio fuit, Turcas im ingenti clade affecit. Sed mox ad odiceam Phrygiæ unius hominis impuntiâ pænè eſt in ultimas redactus angus. Vexillifer enim maximus in monte ɔſiſtere juſſus, in quo caſtrorum locus lectus erat, quia ſol adhuc altiùs videbar, ultrà perrexit; agmen igitur ultimum x occupavit, quod aggreſſi Turci & pai & locorum periti, penitùs; delevêre, ac ıil propiùs, quàm ut Rex ipſe caperetur. ıptô nihilominùs ex arenâ conſilio, Rex rvenit Attaliam in Pamphiliam Regiom fertilem, ubi Franci vires feſſas & cres Saracenorum aſſultibus attritas reparêre.

A. 1148. Appulêre in Palæſtinam Luvicus & Conradus, hic Ptolemaidem, : Antiochiam magnificè exceptus à Raymdo Principe, ſed mox Rex huic iratus ɔpter Uxorem ejus impudicam fœmim, perrexit Hieroſolymam terminum e peregrinationis. Ambo itaque Damaſm obſidere parant. Et verò primus imtus eam brevi oppugnandam pollicebatur:

tur: ſed âb Orientalibus proditi ſolverunt obſidionem.

A. 1149. Conradus Rex Germanorum redit ſine exercitu & ſinè gloria in Germaniam, dignus litteris conſolationis ab Eugenio Papâ miſſis, rediit haud majore gloriâ Ludovicus Rex Francorum, qui in viâ interceptus à navibus Græcorum vel Turcarum, iterum liberatus eſt à claſſe Rogerii Regis Siciliæ cui Dux Georgius præerat, hic progreſſus uſque Conſtantinopolim ſagittas aureas in Palatium Imperatoris projecit & ſuburbia incendit.

S. Bernardus propter ſiniſtrum ſucceſſum expeditionis in terram ſanctam, ad quam ille adhortator fuerat, multis calumniis, & oblocutionibus exagitatur. In ſolatium autem tum S. Bernardi, tum ordinis illius, Deus magni nominis Monachum illis dedit Henricum Ludovici Regis fratrem, qui mox ex conſilio S. Bernardi accepit Epiſcopatum Bellovacenſem. Sancti enim viri plus res Eccleſiæ quàm ſuas curare debent.

A. 1150. Rogerius Siciliæ Rex ob Germanicæ & Gallicæ nobilitatis florem,

Digitized by Google

Græcorum proditione demeſſum, eos multis cladibus afficit, calcar fortiter addente adverſùs Manuëlem Imperatorem Petro Cluniacenſi: eóque progreſſus eſt Rogerius, ut Corſyram Inſulam penitùs eriperet; & Corinthum caperet, ac ſpoliaret.

A. 1156. Balduini III. exercitus in Palæſtinâ magnâ clade afficitur à *Saracenis*, quod datam eis fidem non ſervâſſent.

A. 1163. Balduino III. Hieroſolymitano Regi defuncto ſucceſſit frater Amalaricus; coactus tamen priùs dimittere uxorem ſuam, quam in quarto gradu conſanguinitatis duxerat, filii tamen ex ea ſuſcepti legitimi judicati ſunt, quibus omnibus Pontificis legatus adfuit, ne res in dubium vocaretur.

A. 1169. Hoc anno Sultanus Iconii, à matre occultè Chriſtianâ, propter metum Saracenorum, inſtitutus, in Siciliâ Sacris Baptiſmi aquis abluitur. Referunt de eo Matthæus Paris, & Robertus in appendice Sigeberti, quod mater ejus moritura juſſerit ſignum Crucis ſuper Sepùlchrum ſuum collocare; idque dum faceret Sultanus, Saracenos acerrimè commotos crucem dejicere

Digitized by Google

cere conatos eſſe; ſed qui primò id facere aggreſſi ſunt, hos mortuos corruiſſe; toto autem populo conveniente, & contra crucem furente, pleróſque demiſſis è cœlo fulguribus interiiſſe; Angelum quóque Domini viſum, qui lucidiſſimum ſignum Crucis ſuper Pyramidem poſuit, undè plurimi ad fidem Chriſtianam converſi, & ipſe Sultanus ad Alexandrum Papam miſſis legatis, petiit virum idoneum, à quo in fide imbueretur, & eo accepto, clanculùm ex metu ſuorum baptizatus eſt.

A. 1180. Saladinus ſivè Soldanus Ægypti exercitum eduxit contra Hieroſolymam, ideo in occidente ſuſcepta eſt expeditio, quam Alexander ante mortem litteris ſuis promovit. Hic nomen dederunt Philippus & Henricus Reges, quos tamen plus Manuel Imperator, quàm Soldanus formidavit,

A. 1182. Maronitæ Gens Libanotis Syrorum in Phœnice, habitans, cùm per quingentos annos cujuſdam Monothelitæ Maronis nomine hæreſin ſecuti eſſent, ad Patriarcham Antiochenum Haimericum acceſſerunt, & fidei Catholicæ uniti ſunt.

Viri

Digitized by Google

Viri fortes & Strenui, Latinis Orientalibus valdè utiles contra Saracenos, quorum quadraginta millia armati ſe Chriſtianis hoc anno adjunxerunt, ſuntque in hodiernum diem Romano Pontifici & Latinis addicti & fideles.

A. 1185. Orientales Chriſtiani, periclitante ab incurſionibus Saladini, Hieroſolymitano Regno, miſſâ perhonorificâ legatione ad diverſos Europæ Principes, ac Reges, petunt auxilia: miſſa ſunt & ad Henricum Anglorum Regem vexillum Regium, claves S. Sepulchri. Turris David & Sanctæ Civitatis, quaſi hæredi Regni Hieroſol. Expeditio quidem promiſſa eſt, ſed non ſuſcepta, quantumcunque neceſſitas rei Chriſtianæ in Syriâ id poſtularet.

A. 1187. Chriſtiani Orientales bis cum Saladino infeliciter confligunt, & Hieroſolyma capitur 4. Kal. Octobris, & ſancta Crux cum Guidone Hieroſolymitano & plurimis civitatibus barbaris cedit, crux fœdè à Saladino tractata, templum profanatum & omnia ea facta, quæ jam iram Numinis traxiſſent in Barbaros, niſi horum crimina minora fuiſſent quàm Chriſtiano-

ſtianorum. Et tunc pax inita Saladinum inter & Græcos, qui conceſſit Græcis omnes Eccleſias Palæſtinæ, eâ lege, ut latinus ritus prorſus ab iis excluderetur. Miſit etiam Imperatori Græcorum Conſtantinopolim Idolum ſuum, ut ibidem publicè colendum exponeretur. Verùm à Sannenſibus id captum eſt in mari, & perductum Tyrum, quæ adhuc à Latinis Chriſtianis poſſidebatur.

His auditis nunciis Urban. III. ex mœrore magis quàm morbo obiit eíque ſuffectus eſt Albertus Cardinalis Beneventanus, dictus GREGORIUS VIII. qui ſtatim ut Deum placaret & Orientalibus rebus depoſitis provideret, jejunium quinquennale indixit, videlicet ut toto hoc tempore feriâ ſextâ fideles omnes obirent quadrageſimale jejunium, feriâ verò quartâ & Sabbatho abſtinerent à carne. Pontifex verò & Cardinalis cum famulis ſuis adderent feriam ſecundam, & qui ſecus facerent, cum iis tanquam transgreſſoribus jejunii quadrageſimalis procederetur, niſi magna ſolemnitas feſti aut infirmitas interveniſſet. Statuerunt quoque Cardinales omnes abjectis omni-

Digitized by Google

omnibus deliciis Mendicantes proficiſci ad crucem Chriſti prædicandam, ac turmas crucigerorum præcedere. Denique per ſeptennium inter omnes Principes Chriſtianos decreta pax, & in eos Dei ac Pontificis effuſa maledictio, qui paranda in Dei hoſtes arma contra fratres ſuos converterent.

A. 1188. Gregorio qui nondum duobus menſibus in Pontificatu exactis, Piſis 17. Kal. Jan. mortuus eſt, ſucceſſor datur Paulinus Cardinalis Prænestinus, dictus Clemens III. qui ſtatim cruciferis omnium peccatorum indulgentiam conceſſit, & edixit ut pro expeditione belli tanti per totam Eccleſiam preces funderentur. Et hortatu Pontificis Reges Franciæ & Angliæ Philippus & Henricus & alter Philippus Comes Flandriæ cum ſuis proceribus cruces aſſumpſerunt: Francus purpureas, Anglus albas, & Flander virides, decimæ quóque omnibus præterquam iis, qui expeditionem comitabantur injunctæ, quæ, quòd inopes & Eccleſias gravarent, à multis, atque etiam à viro præſtantiſſimo Petro Bleſenſi improbatæ ſunt.

Digitized by Google

Fridericus quóque Imperator acceptâ cruce de manu Henrici Cardinalis Albanenſis Deo, Eccleſiæ, & Pontifici ſe reconciliavit, & ad Saladinum Principem Saracenorum ſcripſit litteras, præfigens ei terminum à Kalendis Novembris uſque ad revolutum anni circulum, quo niſi terræ ſanctæ poſſeſſionem Chriſtianis reſtitueret, prælium ei indixit in Campo Taneos in virtute vivificæ crucis. *His litteris Saladinus* poſtmodùm reddidit alias thraſonicas, & minaci ferocitate conſcriptas.

Intereà turbavit nonnihil bellum ſacrum Richardus Angliæ Regis primogenitus rebellis in patrem, & ideo anathemate perculſus à legato Pontificio.

A. 1189. Moritur Henricus Senior Rex Angliæ, eíque Richardus filius ſuccedit, qui mox contra Philippum Regem Franciæ bellum movet.

A. 1190. Philippus Galliæ, & Richardus Angliæ Reges compoſitis inter ſe utcunque rebus, ipſi quóque in Orientem movent, ſed tempeſtate conjecti in Siciliam, in eâ hyemare coguntur.

Frid-

Digitized by Google

Fridericus autem Imperator magnis itinerū difficultatibus ſuperatis ob Iſácii Angeli Imperatoris orientis inconſtantiā non niſi hoc anno pervenit in Thraciam; ubi à Græcis multa paſſus eſt mala & multa repoſuit. Eorum cauſa præcipua fuit Doſitheus Monachus, per quem Angelus à Friderico abalienatus eſt,& in præmium ſparſæ de Friderico calumniæ, Antiſtes factus eſt Conſtantinopolitanus.

Denique FRIDERICUS Sultanum ſtipatum quadringentis equitum millibus cum ſexcentis tantùm equitibus juxta Iconium aggreſſus vincit operâ S. Georgii, qui ſæpe viſus eſt ſublimiſequo Germanos præcedere, cùm eorum equi fermè omnes pabulo deficiente interiiſſent. Iconium etiam à Duce Sveviæ mirabiliter captum, & iterum à Friderico fugata equitum ducenta millia: ſed mors ejus inexſpectata harum victoriarum curſum abripuit. Cùm enim Fridericus poſt prandium in fluvio Calycadno ſive Calydno in minore Armenia nando ſe recreare vellet, caſu inopinato & deplorando ſubmerſus eſt; & non ſolùm in oriente & occidente Chriſtianis Catholicis, ſed

etiam

etiam ipſis Græcis æmulis ſuis luctum attulit; & fluvio huic reliquit triſte nomen SALEPHO ſive FERRI. Quòd in ferreo hoc fluvio res Chriſtianorum cum Imperatore hauſtæ interiiſſent. Collegit quidem Conradus Dux Sueviæ exercitum Imperatoris, ſed ibi etiam in obſidione Ptolemaidis moriens, ſpes Chriſtianorum morte ſuâ ſuccidit.

A. 1191. Philippus & Richardus Reges in Palæſtinam appellunt, & Ptolemaidem expugnant; parùm verò inter ſe Anglis & Gallis convenientibus, Philippus Rex redit Romam, ubi abſolutus à Pontifice, de more palmas & cruces recipit. Richardus autem ſæpe cum Saladino feliciter pugnat. Nihilominus obortis inter Chriſtianos diſcordiis fœdus cũ Saladino ad trienniũ init, & Rege Hieroſolymorum conſtituto Henrico Nepote ſuo, Conrado autem ejus competitore cæſo ſolvit Ptolemaide, ſed naufragium in ſinu Adriatico paſſus cum paucis in terram enatat, & inde mutatâ veſte per Germaniam redire cogitat in Angliam; agnitus autem à Leopoldo Auſtriæ Duce, ei privatim multis de cauſis infeſto,

prope

propè Viennam capitur, & ad Henricum Imperatorem mittitur, è cujus manu difficulter extractus eſt.

A. 1194. Richardus Rex reſtituitur libertati ab Henrico Imperatore, & matri Eleonoræ ab Archi-Epiſcopis Moguntino & Colonienſi traditur.

A. 1195. Diſcordiâ inter Saladini filios exortâ, ſpes iterùm oritur Palæſtinæ recipiendæ, ſi modò Chriſtiani inter ſe concordes fuiſſent. Sed irrita omnia, peccatis Chriſtianorum impedientibus.

Coelestinus Pontifex Leopoldum, extortam à Richârdo injuſtè pecuniam reſtituere recuſantem, anathemate percellit: ſed & omnis ejus ditio graviſſimis mox malis, eluvionibus, peſte, incendiis, & ſterilitate punita, & ipſe Leopoldus, tibiâ violento caſu fractâ, mox toto reſciſſo pede truncari debuit: imò in totum corpus lue pervadente ab Epiſcopis abſolutus, inter dolores exſpiravit. Ejus autem corpus diu jacuit inhumatum, ut vermibus ſcateret; quia filius ejus pecuniam reſtituere negabat, quod tandem præſtitit. Tam miſerabili Leopoldi exitu permotus Henricus Impe-

Imperator, qui ſimili anathemate tactus fuerat, pecuniam omnem extortam Richardo reſtituit.

A. 1196. Henricus Imperator, ſub prætextu expeditionis in terram ſanctam, venit cum exercitu in Italiam, & ſævit in Normannos, & eos præcipirè, qui alium à ſe Regem elegiſſent, quorum nonnullis diademata clavîs capiti affixit, alios aliis crudelibus modis ſuſtulit. Uxor autem ejus Conſtantia ex Normannis orta, gentem ſuam educto contra maritum exercitu à tyrannide tandem liberavit, maritô in fugam conjecto.

A. 1197. Conſtantia uxor Henrici Imperatoris cogit armatâ manu maritum ad pacem ineundam cum Normannis. Henricus autem, qui claſſe tunc potens erat, à Græcis tributum extorquet, & accipit Conſtantinopoli ab Alexio Angelo tranſmiſſa auri talenta ſedecim; & illud quidem tributum dictum eſt Alemannicum, ægrè repertum à Græcis, expilatis Eccleſiis, & Cœnobiis, atque etiam ſepulchris refoſſis. Sed uti violentum tributum hoc fuit, ſic etiam breve & tantùm unius anni. Henricus

Digitized by Google

cus enim hoc anno obiit Meſſanæ, quem Pontifex ſepeliri vetuit, niſi ex conſenſu Regis Angliæ, tanquàm excommunicatum ob pecuniam iniquè extortam. Verùm jam ante mortem pecuniam ad Richardum præmiſerat reddiditque Pontifici, quæ ejus juris erant. Cœleſtinus ergò Regnum Siciliæ ejus filio dedit, acceptis duobus millibus marcharum argenti.

Quo facto claſſis Henrici Imperatoris appulit Ptolemaidem ſub Conrado Hildesheimenſi Epiſcopo Imperatoris Cancellario: ſed audito adventu filii Saladini, & Henrici morte, exercitus turpiter dilapſus eſt, quanquàm mox pugnaturus, aliquibus tantùm remanentibus, inter quos erat Archi-Epiſcopus Moguntinus, Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis, ad Conradum Coronandum Armeniæ Regem miſſus.

A. 1198. Circa hæc tempora florent varii ordines militares: in Hiſpaniâ S. Jacobi & Calatravæ, ordines SS. Trinitatis, & redemptionis captivorum, item Hoſpitalariorum S. Spiritûs, qui ab Innocentio approbantur. Putant aliqui ordinem quoque Teutonicum jam anno 1191. inſtitutum,

tum, nunc modò approbatum eſſe à Cœle-ſtino III. fuitque ordo hic magni, primò in Oriente, & deinde etiam in Occidente nominis & fortitudinis. Primus Magiſter Ordinis Electus eſt Henricus à Waldpot.

SÆCULUM XIII.

Ab anno 1200. *ad* 1300.

A. 1201. Expeditio ſuſcipitur in Palæſtinam cum magno exercitu cruce ſignatorum, cujus præcipuè Duces fuerunt Balduinus Flandriæ Comes, Bonifacius Marchio Montisferrati, Henricus frater Balduini, Hugo ſivè Henricus S. Pauli, Simon Monfortius, Ludovicus Bleſenſis. In tranſitu ſuo, quem iis gratuitum pollicitus fuit Henricus Dandulus Dux Venet. ſenex fortiſſimus, plurimum Venetos juvant in recuperandis urbibus Dalmatiæ; Alexius quoque quindecim annorum Adoleſcens ad eos acceſſit ad Jaderam. Erat iſte Alexius filius Iſacii Angeli Imperatoris, quem frater Alexius excœcârat, quique confugerat ad Philippum Suevum. Hic ergò mira pollicitus, & inter cætera Eccleſiæ Græcæ cum Latinâ reconciliationem, ſi eorum armis poti-

potiretur Imperio. His pollicitationibus Occidentales induxit ad conditionem acceptandam, tanquàm valdè utilem & neceſſariam ad Syriacam expeditionem.

A. 1203. Conſtantinopolis à cruce ſignatis & Francis capitur, & à Venetis Inſula Creta. Habebanr autem Veneti naves 150. cruce ſignatorum autem viginti peditum millia, peditum innumerabiles copias quas opponerent. Captâ per vim Conſtantinopoli, & Alexio Angelo fugato, Iſacius excœcatus è carcere educitur & Alexius ejus filius unâ cum Patre Imperator acclamatur.

Mirabilis quoque hoc anno B. Virginis Icon Sardenacena propèDamaſcum incarnata & oleum perenne emittens multa patravit Miracula. Hoc ſacro Liquore Sultanus Damaſcenus, licèt Saracenus oculis captus recepit viſum.

A. 1204. DumConſtantinopolitani militibus Sacræ expeditionis ſtipendia promiſſa ſolvere aut nollent, aut nou poſſent, ſeditione ortâ alium Imperatorem eligunt, Ducam Alexium cognomento Murzuphilum dictum qui mox juniorem Alexium ſtrangulat (dum Iſacius jam expirâſſet, ut

putatur

Digitized by Google

putatur, veneno potatus) & mittit qui claſſem Latinorum exurant. Sed cùm copias in Francos emiſiſſet, præviâ Imagine B. Virginis, quam *νικοποιὸν* vocabant Græci, & hanc, & Victoriam perdidit; Latinis autem eâ potitis ſpem injecit Victoriæ, nec inanem; nam Franci ac Veneti arctiori inito fœdere Conſtantinopolim invadunt, & intra octiduum die 12. Aprilis capiunt, Ducâ per fugam elapſo, qui poſtea deprehenſus in Græciâ, & Conſtantinopolim in judicium adductus ob Alexium necatum de altiſſimâ columnâ præcipitatus eſt, deinde cùm Principum & cruce ſignatorum Ducum conſenſu Balduinus Flander Imperator Conſtantinopolitanus eligitur & coronatur, aliique Principes diverſas Provincias inter ſe dividunt, & è nobilitate Veneta Thomas Maurocenus Patriarcha creatur Latinorum primus.

A Græcis autem eodem tempore Theodorus Laſcaris Nicææ ſalutatur Imperator, qui extra Conſtantinopolim regnavit. Alexius quoque ac Michaël Comneni ex familiâ Angelorum ſuperſtites alias ſibi Provincias occupaverunt, & ſic conditum eſt novū

Digitized by Google

Imperium Trapezuntinum, complectens Cappadociam, Colchidem, & Pontum, atque hoc modo Imperium Orientale diviſum eſt in Europæum & Aſiaticum.

A. 1205. Dum Balduinus Imperator Adrianopolim obſidet, eundem cum Bulgaris ſuis aggreditur Calo-Joannes, cui Balduinus fortiter reſiſtit: dum verò hoſtes ardentiùs inſequitur, in paratas inſidias decidens capitur, & uti Græci ſcribunt, cruribus brachiiſque truncatus in vallem projectus, ibidem triduo pòſt expiravit, volucribus & feris relicta præda.

Eodem anno Almericus Rex Cypri atque Hieroſolymæ moritur Ptolemaide, ex nimio auratarum eſu, ubi hic piſcis & magnus, & exquiſiti ſaporis eſt. Paulò poſt obiit quoque filius ejus, Almericus adhuc puer, & Mater Iſabella. Quare Mariæ filiæ quæſitus gener, ſelectus eſt à Philippo Joannes Brennenſis Comes qui hoc Regnum dotale accipit.

A. 1206. Henricus frater Balduini creatur Imperator Conſtantinopolitanus, qui mox Walachos & Scythas Hadrianopolim tentantes fortiter retrudit. Bonifacius

autem

autem Montis ferrati Marchio dum fortiùs quàm cautiùs pugnat contra Bulgaros, vitam & caput perdit, quod reſciſſum, ad Calo Joannem delatum ferociam ejus magno gaudio perfudit.

Ordo SS. Trinitatis redemptione captivorum inchoatur Romæ à Joanne Mattha, ac Felice anachoreta.

A. 1210 Henricus Imperator Conſtantinopolitanus Græcos in Latinos ſævientes fortiter compeſcit: quos inter primas tenebat Michaël Comnenus Angelus Epiri Princeps, cui etiam Latini militabant auri, quàm Dei & religionis amantiores.

A. 1211. Rex Colchidis Chriſtianus, uti & Suldanus Ægypti favent Chriſtianis in Oriente, unde terra ſancta aliquantùm reſpirat.

A. 1212. Tartari victo Indorum Rege cui ante ſerviebant, totam fere Aſſyriam & Meſopotamiam depopulantur, & à Polonis contra Ruſſos evocati auxiliatores tum his, tum illis magnam cladem inferunt. Tres Reges Catholici, nempe Alphonſus IX. Caſtellæ, Petrus II. Arragoniæ, & Sancius Rex Navarræ ope S. Crucis inauditam

Digitized by Google

victoriam reportant, deſideratis ſolùm 25. Chriſtianis, & cæſis ac fugaris ducentis millibus Saracenorum, cum Miramolino Mahomete ſuo; capta opulentiſſima caſtra, in quibus tanta eſt inventa telorum copia, ut hæc per duos dies alendis ignibus ſuffecerint. Victoria hæc adſcripta eſt tam S. Cruci, ac Imagini B. Mariæ V. quàm etiam militum pietati, qui ſe meliùs Euchariſtiâ tectos, quàm armis crediderunt.

A. 1213. Pueri diverſæ ætatis & conditionis per Germaniam & Galliam piis cujuſdam adoleſcentis cantilenis exciti congregantur ad reparandam crucem Domini; nec potuerunt retineri, quin ſe itineri committentes plerique variis modis perierint, vel cæſi aut venditi à Saracenis, ita ut pauci ad ſua reverſi ſint.

A. 1215. Celebratur Concilium Lateranenſe, cui cum Innocentio Papâ interfuerunt Archi-Epiſcopi 70, Epiſcopi 400, Abbates 12, Priores Conventuũ 800, quos inter extiterunt Patriarchæ Conſtantinopolitani & Hieroſolymitani, Alexandrini & Antiocheni Legati; itemque Oratores Imperatorum Orientis & Occidentis; & Regum

Digitized by Google

gum Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Hieroſy-lymitani & Cypri. In hoc Concilio præter alia plura, de expeditione in terram ſanctam, agebatur.

A. 1217. Exercitus Chriſtianorum in Palæſtinam per Venetorum triremes promovetur, etiam Rege Hungariæ cum multis proceribus Gallis atque Germanis appulſo. Interrupit autem hanc expeditionem Bohamundus Tripolitanus Comes, unde in Patriam ſtatim rediêrunt iſti crucigeri, ablutis in Jordano corporibus, quaſi eò veniſſe peregrini, & non bellatores viderentur.

A. 1219. Damiata nobiliſſima Ægypti civitas olim Thamiatis dicta, vel ut alii vulgò Peluſium, deindè verò Æliopolis appellata, urbs munitiſſima firmiſſimâ turre in medio Nilo anno ſuperiore obſeſſa, ægerrimè tandem occupata eſt, quando Chriſtiani fluvium trajecerunt, & injecto divinitùs Saracenis terrore plurimos ceciderunt, atque caſtra occupârunt, quâ clade audita Conradinus alter Saphadini filius muros Hieroſolymæ deſtruit, & cum copiis in Chriſtianos proficiſcitur, eosque

Damiatam obſidentes ipſe viciſſim obſidet; at ſæpe victus multos ſuorum perdit, donec Chriſtiani urbem ceperunt, in quâ hoſtium usque 80. millia periêrunt, & capta eſt noctu Sultano turpiter fugiente, & urbem deſerente; quam mulierculæ & infantes defendiſſent, ſi Principi animus & conſilium non defuiſſet.

A. 1221. Orto diſſidio inter Chriſtianos in Oriente, Pelagius Legatus expeditionem ſuſcipit in Ægyptum, reclamante Joanne Rege Hieroſolymitano., progreſſi ſunt eorum ſeptuaginta millia adversùs Memphim ſeu Cayrum, Sultanus autē eos ludificavit, donec Nilus exundaret, tunc enim fractis aggeribus in eos fluvium immiſit, & ad turpiſſimas conditiones compulit, ad reddendam etiam Damiatam. His auditis Pontifex Fridericum II. Imperatorem (qui, dum coronaretur, hanc expeditionem voverat) ad ſuccurrendum Chriſtianis in Oriente adhortatus, is autem tergiverſatus tam parùm Chriſtianos juvat, ut potius Catholicos Epiſcopos in Apuliâ vexet, quarè ab Honorio excommunicatur.

A. 1223.

A. 1223. Obiit Philippus Rex Francorum, cui ſucceſſit Ludovicus VIII. parens S. Ludovici inter Imperatorem & Regem Francorum amicitia ſimul, & expeditio ſancita renovatur, multum laborantibus Joanne Brenno Hieroſolymitano Rege, qui unà cum Magiſtris Templariorum, & S. Joannis ad Philippum Francum, & Henricum Anglum Regem adiit, & magnam pecuniæ vim ab utroque accepit pro hâc expeditione, & Philippus quidem teſtamento reliquerat centum millia librarum Pariſienſium Joanni Brennoni Regi & totidem etiam Magiſtro Templariorum, ac totidem etiam Magiſtro Hoſpitalariorum.

A. 1225. Fridericus autẽ Imperator ductâ Rolanda ſeu Zolante, aliter Iſabella dicta, filiâ Joannis Regis Hieroſolymorum in uxorem, ingratus in Socerum & Papam, illum Regno ſe abdicare cogit, & huic illudit, neque ad iter Palæſtinæ ſe accingit. Ob quam cauſam rurſus ab Honorio anathemati ſubjectus eſt, niſi definito tempore voto ſatisfecerit.

Fridericus II. Imperator omnibus jam ad

Digitized by Google

ad expeditionem ſacram paratis adeóque & navi conſcensâ eandem fœdiſſimè abrumpit, 40. millibus cruce ſignatorum cum eo ad propria redeuntibus. Ferunt, eum cum Sultano fœdus tunc pepigiſſe, à quo promiſſum ei Regnum Hieroſolymitanum, ſi nubem hanc belli Saracenis tunc imminentem diſcuteret. Ideo ab omnibus diris & execrationibus devotus, & ſimul ab hoſtibus irriſus.

A. 1228. Fridericus ubi in Syriam appulit, cum Sultano turpiſſimè paciſcitur, Jeroſolymam enim ille recepit, ſed muris nudatam, & Saraceni Templum Domini & ſepulchrum retinuerunt, ut in iis ritus ſuos prophanos obirent, ſpoliavit exinde armis Ptolemaïdem, quæ ad Sultanum miſit tanquam amicum ſuum, corruptíſque triremibus ad Palæſtinæ tutelam deſtinatis, rixatus eſt cum Patriarchâ & Magiſtris Ordinum, ſalutato nemine à nullo ſalutatus, cum duabus triremibus non tam abiit, quàm fugit è terrâ ſanctâ, quam ſuis veſtigiis fædaverat, cum magno opprobrio contemptúque Chriſtianitatis.

A. 1229. Robertus Imperator Conſtantino-

tinopolitanus Româ rediens moritur. Cui Balduinus II. ejuſdem filius ſucceſſit, qui cùm puer adhuc eſſet, adminiſtratorem Regni accepit Joannem Brennenſem, cujus etiam gener poſtmodum effectus eſt, nuptam Martha filia ejus pulcherrimâ Virgine. Brenno tamen noluit Auguſtus ſed Cæſar tantùm appellari, quamvis jam duorum Imperatorum Socer, Occidentis, & Orientis. Cæterùm mirum eſt quàm Græcorum Imperium circa hæc tempora fratidibus fuerit diſtractum, & fraudibus in Principatus & Regna diverſa coaluerit. Neque enim Græci aliter ſuæ conſulunt ignaviæ, quàm fraudibus.

A. 1232. Imperator fingit ſe pacem inire cum Pontifice & Longobardis, interim occultè favet Saracenis & tum Sultani Babylonii, tum Vetuli Montani ſuorum amicorum Legatos excipit, imò & Saracenorum Paſcha in die Feſto S. Magdalenæ celebrat coram multis Epiſcopis & Proceribus.

A. 1234. Fridericus II. iterum fingit ſe ſuſcepturum expeditionem in Palæſtinam,

ſed more ſuo ad tergiverſandum, & Pontificem ac Principes fallendos.

Apud Cremonam Monaſterio S. Gabrielis lapis glacialis ex aëre decidit, ſignum crucis & imaginem Chriſti expreſſam referens, cui deſuper inſcriptum aureis litteris J. N. R. J. quo liquefacto oculi alicujus cæcutientis aſperſi viſum receperunt.

Græci ab obſidione Conſtantinopolis per cruce ſignatos & operâ Venetorum repelluntur. Et Joannes Brenno arctiſſimè à Saracenis & Bulgaris obſeſſus liberatur.

Balduinus II. Conſtantinopolitanus Imperator Joanne Brennenſi jam demortuo in occidentem venit, à Principibus Chriſtianis auxilia petiturus.

A. 1238. Balduinus II. itinere pedeſtri cum ſexaginta Francorum millibus progreſſus Conſtantinopolim, benignè ab Hungaris & à Bulgaris ſuſcipitur. Eodem ſubſecutus eſt Theobaldus Navarræ Rex, & Petrus Britanniæ Comes.

A. 1244. Charaſſuini ſeu Arabes à Tartaris pulſi è ſuis ſedibus Palæſtinam invadunt,

dant, & ipſam Hieroſolymam occupant. Bis cum iis fortiter pugnatum à Chriſtianis. Captus tunc Gualterus de Briennâ Comes Joppenſis, ac Joppe deductus, ut urbs hujus Cruciati aſpectu dederetur, ille èconrra ſuos fortiter ad reſiſtendum adhortatus eſt, ideò ductus in Ægyptum in fruſtra conciſus, Martyrii nobilem palmam retulit, Ab hoc tempore Hieroſolyma Chriſtiana eſſe deſiit, Dominos experta Saracenos, eóſque omnium turpiſſimos.

S. Ludovicus Galliarum Rex graviter ægrotans, & jam depoſitus, votum facit de expeditione faciendâ pro recuperatione terræ ſanctæ; & illicò ſanitatem recuperat.

A. 1247. Idem Sanctus ad Bellum *Sacrum* profecturus denunciandum per Concionatores curavit, ut ſi quis à Miniſtris Regis paſſus eſſet injuriam, quam probare poſſet, eam denunciaret, accepturus ex fiſco pretium damni; ut non tantùm fortiter ſed & juſtè expeditionem inchoâſſe videretur; Victor ſui priùs, quàm Saracenorum.

A. 1249. S. Ludovicus ſolvit à Cypro, &

& Damiatam Metropolim Ægypti capit, Saracenis præ timore ſugientibus ad primum irruentis tunc Ludovici aſpectum. Dum autem idoneum tempus ad bellum Chriſtiani opperiuntur, luxurioſiùs vixerunt, quàm ſacra expeditio & tam pii Principis exemplum poſtulabat.

A. 1250. Infelix hic annus cecidit in Oriente Crucigeris pugnatoribus, ingentibus enim præliis ſemel atque iterum à Saracenis victi & cæſi: Robertus frater Ludovici vadum Taneos transgreſſus dum caſtra Saracenorum fortiùs, quàm cautiùs invadit, ab iis juxta Maſſoram implicitus cum multis nobilibus interſectus eſt. Mox tamen ponte ſuper aquas conſtrato, & trajecto toto exercitu Chriſtianorum, redintegrata eſt pugna, & omnes ferè Duces Saraceni, & clariſſimi quique, ſupra hominem depugnante Ludovico, ceciderunt: cùm verò poſtea Meleſchala filius Meledini novus Sultanus cum novis copiis adfuiſſet, & Francorum caſtra lues invaſiſſet, Damiatam, fugientibus ſimiles, repetere coacti ſunt. Sed imprudentiſſimè pontem non reſciderunt, quem transgreſſi barbari

atro-

Digitized by Google

atrociſſimo certamine Chriſtianos invaſerunt, in quo Ludovicus peſte jam ictus cum duobus fratribus ALPHONSO Pictavienſi, & CAROLO Andegavenſi captus eſt. Damiatam autem ægrè ſervavit Margaritha Uxor Regia, quæ inter magnos dolores ibidem filium enixa eſt, quem Triſtanum dixit. Dum verò in vinculis habetur Ludovicus, nihil clade ſuâ dejectus: Mammaluchi Sultanum ſuum interemerunt, & ſuo captivo Principatum obtulerunt; ſed ubi Ludovicus iis oſtendit, nec id è re ſuâ, nec eorum eſſe, cum iis, & ab iis electo Principe fœdus iniit Chriſtianæ religioni nequaquàm injurioſum. Reddita ergò eſt vi fœderis à Francis Damiata, quam poſteà barbari diruerunt, & ſoluti captivi, non tamen omnes contra datam à Saracenis fidem; ſed aliqui tantùm ægris omnibus jugulatis, & pleriſque ad Chriſtum abjurandum adactis, aut interemptis; ſoluta quoque à Rege octo millia Biſantiorum pro lytro. Poſt hæc Rex ſanctus liber egit in Palæſtinâ toto quadriennio, & ſuis ſumptibus aliquot urbes ad præſidium Chriſtianorum refecit; neque tamen Hieroſoly-

mam.

mam, quod multùm optavit, adiit.

A. 1251. In Galliam Duce quodam Hungariæ concitatur factio Paſtorellorum, veriùs nebulonum & graſſatorum qui ſub prætextu ſuppetias ferendi S. Ludovico in Palæſtinam militanti, ſub circulatore ac mago quodam conglobati proditores erant, qui Sultano Babylonico promiſerunt, omnem ſe Galliæ nobilitatem brevì in ejus manus ducturos. Sed, Duce eorum à Bituricenſibus cæſo, copiæ quamprimum diſſipatæ evanuerunt, & populo graves, & Clero metuendi eſſe deſiêrunt.

A. 1254. S. Ludovicus Rex ex Oriente in Galliam revertitur cum Uxore & Liberis, 14. navium claſſe, & redux ita vixit, ut ex terrâ ſanctâ ſanctimoniam revexiſſe videretur; à variis quoque Regibus, Angliæ, Navarræ, aliiſque viſitatus, & ab æmulis etiam honoratus.

A. 1256. Venetos inter & Genuenſes in Oriente grave diſſidium oritur propter Monaſterium S. Sabæ in Ptolemaide ſitum, & Veneti quidem, dum ope Piſanorum pugnâ ad Tyrum initâ prævalent, & dictum Monaſterium, imò & totam Ptolemaidem

Digitized by Google

maidem occupant, victis & in Tyrum recedentibus Genuenſibus, rem Chriſtianam & Palæſtinam laceraverunt, ut hæc neutrius populi, ſed Saracenorum facta ſit.

A. 1258. Haolanus frater Mangonis magni Chami Tartarorum, occupatâ Perſide Baldachum & in eo Calypham ſucceſſorem Mahometis capit, cum multo auro & gemmis; quæ Calyphæ pro ferculis opponi juſſit, & ſic fame mori compulit, diruit deinde omnes Mesquitas Saracenorum, Chriſtianorum ſumptibus & labore ædificatas Baſilicas, majorem inde ſpem futuri quàm fructum præſentis boni Chriſtianis capeſſentibus. Intereà dum Tartari Regnum ſuum dilatant, Veneti Genuenſes, & Piſani de confinibus præliantur.

A. 1260. Tartari Saracenis eripiunt Alapiam, Damaſcum aliáſque civitates, & pars illorum irrumpit in Poloniam, eámque depopulatur magnâ hominum ſtrage editâ, Boleslao autem cum Uxore in Hungariam fugienté.

A. 1261. Anno 2. Michaëlis Palæologi Conſtantinopolis annis jam 56. à latinis ſervata, proditione quorundam ruſticorum,

rum immiſſis per veterem aquæ ductum 50. armatis viris occupata eſt ab Alexio Cæſare cognomento Strate populo, dum pergeret adversùs Michaëlem Ætoliæ, atque Epiri Deſpotam. Fugit Balduinus Imperator cum Pantaleone Juſtiniano Patriarcha. Aliunde autem Michaël Palæologus accurrens eam pedes ingreſſus eſt, præcedente B. Virginis Mariæ imagine *Hodegetria*, ſicut & Arſenius recepto jam Patriarchatu poſt Nicephori mortem. Nec potuit hoc gaudio diù Alexius frui, mox enim ab Angelo Michaële captus & Manfredo traditur, à quo permutatus eſt cum relicta Jo. Batatzis Sorore ſua. Joannes autem legitimus hæres Imperii excœcatus eſt à Michaële, quem ideò Arſenius excommunicavit, ſed ille Arſenium depoſuit. Unde multæ turbæ exortæ populo in Principem rebellante, & quia tributis opprimebatur, Turcis perfidiosè ſe ſe dedente.

Eodem anno Veneti miſsâ ingenti claſſe brevì iterum Conſtantinopolim recuperâſſent, niſi Genuenſes plus Græcis faviſſent, cum magno ipſorum & Imperii & Eccleſiæ damno.

A. 1263.

Digitized by Google

A. 1263. Michaël Palæologus Imperator Græcorum preſſus tumultibus domeſticis, & graviores externos metuens cogitat de unione Græcæ Eccleſiæ cum Romanâ; ſed his curis ſolutus hanc ſanctam cogitationem omninò deponit.

A. 1266. Bendachar, Sultanus *Ægypti* fruſtra Ptolemaidem tentat; Caſtrum autem Saphet capit, & cives Chriſtum negare recuſantes perfidiosè jugulat; & qui eos ad moriendum fortiter incitârant, duo Minoritæ, & prior Templariorum, vivi excoriati ſunt; quos verè Martyres eſſe lux Divina conteſtata eſt.

A. 1268. Chriſtianis in Oriente mutuis ſeſe armis conficientibus, Bendachar Sultanus *Ægypti* Antiochiam capit, cæſis in eâ ſeptendecim millibus, & aliis centum millibus in ſervitutem abductis.

In hac Urbe Moniales Virgines, ne libidini Saracenicæ objicerentur, ſibi omnes præeunte Antiſtitâ, naſum præciderunt; quare cæſæ omnes, puræ ad cœleſtis ſponſi complexus caſtiſſimos evolârunt.

A. 1269. Paratur magna expeditio à Chriſtianis Occidentalibus in Saracenos,

S. Lu-

Digitized by Google

S. Ludovico cæteris prælucente, & Eduardo Regis Angliæ fratre eandem magno cum fervore ſuſcipiente. Pro eâdem ſe ſtrenuè paravit Carolus Andegavenſis, Siciliæ & Neapolis Rex, & ne quid turbarum oriretur in Regno ſuo, Conradinum Sueviæ, & Fridericum Auſtriæ Duces Neapoli ex juris formulâ publicè decapitari juſſit, & utrique magnâ pompâ à tortore caput demeſſum eſt, & ambo terrâ profanâ ſepulti, quia excommunicatione innodati erant.

Eodem tempore Alphonsus Arragonius navigavit in Orientem, ſed ventis adverſis repulſus, redire coactus eſt. Noluit enim Deus ab Rege adultero promoveri res ſuas, eumque geſtare utiliter Crucem, qui criminibus Deum in ſe Crucifixiſſet.

A. 1270. Ludovicus Galliarum Rex cum exercitu in Africam venit, & Saracenos acie vincit, Carthaginem capit, Tunetum Regni caput obſidet; ſed peſte in caſtris ortâ, & amiſſo filio Joanne, ipſe quoque lue affatus, ſanctiſſimè obiit. Conſternatis hâc morte Chriſtianis Carolus Siciliæ Rex eum copiis appellens, animos

reddi-

reddidit; ſupervenit & mox Eduardus Anglus, aliíque, à quibus victus Rex Tunetanus. Sed cum lues utrumque exercitum afflâſſet, pax inita eſt, utilior Carolo, quàm Chriſtianis glorioſa.

Oſſa S. Ludovici vino decocta (nondum enim id ab Eccleſia prohibitum erat) in Galliam translata ſunt, atque in æde S. Dionyſii magnâ pietate ſervantur.

A. 1272. Theobaldus ex Oriente redux Romæ in Baſilicâ S. Petri Coronatur, dictus Gregorius X. & ſtatim generale Concilium indicit, atque Græcos ad id invitat, & inter Genuenſes ac Venetos pacem procurat, ut tanto meliùs res Palæſtinæ promoveret, quod his verbis promiſerat: *Si oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea.*

Henrico Angliæ Regi demortuo ſuccedit Eduardus filius tum Ptolemaide degens, ubi tantùm non interfectus eſt à Sicario Amitato, quem ei Sultanus Bondogaris immiſerat. A vulnere curatus poſt annos duos in Angliam redux Londini coronatus eſt.

A. 1275. Bendachar Sultanus Ægypti fœde

fœdè vaſtat & depopulatur Armeniam; captivis ad 10. millia, pecore & jumentis abductis ad 300. millia. Quo tempore Chriſtiani in Syriâ inter ſe diſſident, ſicque præcipitantem jam rem Chriſtianam in Oriente ad exitium & interitum impellunt.

A. 1277. Bendachar Sultanus Ægypti Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimus vulneratur in pugnis à Tartaris, & portatus Damaſcum ibidem profluvio ventris, & hauſto inſuper veneno moritur. Cui Melech-Saytus longè diſſimilis Patri, ſucceſſit; ideo exauctoratus ab Elſi quodam, qui ei ſubſtitutus eſt. Si tunc Chriſtiani voluiſſent trajicere in Syriam, ſpes magna fuiſſet rei Chriſtianæ reſtituendæ.

Maria quoque Hieroſolymorum Regina omne ſuum jus in Regnum concedit Carolo Siculo, & cum hoc inani titulo Carolus magnam odii & belli materiam acceptavit.

Poſt hæc Turcæ à Tartaris attriti reſumptis viribus, quidquid Imperii Græcorum erat in Aſiâ minore, occupant, terrâſque ſubactas in ſeptem Satrapias partiuntur

Digitized by Google

untur à mari Pontico & Galatiâ, uſque ad mare Lycium & Carium, fluviúmque Eumedontem.

A. 1282. Tartari Saracenos variè divexant, & vires diverſis victoriis atterunt, absque tamen Chriſtianorum emolumento, quos æque dirè perſequuntur.

A. 1284. Res Chriſtianorum vergunt in exitium in Syriâ, ob Chriſtianorum maximè diſcors regimen & jura diverſa: legato Pontificio, Patriarchâ Hieroſolymitano, Præfectis Regum Franciæ, Angliæ, Siciliæ, Principe Antiocheno, Comite Tripolitano, Hoſpitalariis, Templariis, Teutonicis, Venetis, Genuenſibus, Florentinis, Piſanis, Armenis, Tartaris, ſingulis ſua ſibi jura arrogantibus, & propugnantibus; unde maximæ injuſtitiæ enatæ, & contentiones armis dirimebantur, & ſcelera dimittebantur impunita, dum rei ab unâ in alteram ditionem demigrarent, etiam in eisdem Urbibus, & præcipuâ civitatum Ptolemaide, â tribunali ad tribunal alterius potentiæ & juris appellarent; unde mirum non fuit, tot, támq; diſcordes terræ ſanctæ propugnatores æquitatis & ſancti-

tatis

Digitized by Google

tatis ſimul everſores in manus Saracenorum, velut in ungues harpyiarum inci-diſſe & dilaceratos eſſe.

A. 1286. Henricus Rex Cypri, pulſo pro Rege olim à Carolo miſſo, Rex Hieroſolymæ coronatur, Ptolemaide Rudolphus ab Honorio ad Imperii coronam evocatur, ſed ille Imperatorum ſcopulum Italiam declinans, libertatem Italis Urbibus pro pecuniâ vendit.

A. 1289. Saraceni Chriſtianos de Principatu in Syriâ diſſentientes vexant, & Tripolim occupant, cæſis ſeptem millibus Chriſtianorum, quas copias Pontifex paulò ante ſubmiſerat.

A. 1291. Luctuoſus hic annus fuit Chriſtianis, quo Ptolemais non jam Chriſtianorum ſed graſſatorum & ſceleratorum receptaculum obſeſſa eſt à Sultano Melec-Meſſer ſexaginta equitum & peditũ centũ ſexaginta millibus, 9. April. In hâc urbe armatorum numerabantur ſupra triginta millia, incolarum plus quadrageſies millibus: his omnibus præfectus erat Petrus (alii dicunt) Guilielmus Templariorum Magiſter, vir fortiſſimus, & cujus virtute Urbs

Urbs fortiter defenſa eſt. Verùm eo cæſo multíſque in Cyprum dilapſis, urbs tandem generali impreſſione à Saracenis occupata eſt, direpta & ſolo æquata Kal. Auguſti. Fugit Henricus Rex Cypri cum multis: plurimi dum fugere conantur, depreſſis lintribus hauſti ſunt mari, abducta captivorum 60. millia. Moniales Clariſſæ omnes ſibi novaculis naſum abſcidêre, & ſic deformatæ à barbaris jugulatæ ſunt. His auditis Sidone Beryti, & Tyri Chriſtiani naves conſcendêre & Syria penitus amiſſa eſt, cùm centum nonaginta duobus annis fuiſſet in poteſtate Europæorum: Et ſic in eâ vixiſſent Chriſtiani, ut maluerit Deus eam ab inimicis ſuis, & hominibus turpiſſimis incoli, quàm ab hominibus ſibi conſecratis prophanari.

Ad hunc annum referunt quidam miraculoſam translationem Domûs Nazarethanæ B. Mariæ Virginis ex Palæſtina in collem inter Terſactam & flumen oppida Dalmatiæ, manibus Angelorum factam.

A. 1294. Domus B. Virginis Nazarethana ex Illirico in agrum Recinetenſem translata fertur in ſylvam, quæ fuit divitis

Lau-

Laureiæ, & paucis poſt menſibus in locum tutiorem, & in agrum duorum fratrum; inter quos tamen, cùm eſſet exorta de donariis controverſia, divinitùs tranſiît in hunc locum, ubi hodie viſitur & colitur magno peregrinorum concurſu. Hoc item tempore Caſſanus Tartarorum Rex mirabiliter in caſtra Chriſti tranſiit; cùm enim filiam Regis Armen. duxiſſet Uxorem, & ex ea natus eſſet deformiſſimus filius, eam cum prole Rex adjudicavit neci, cúmque hunc priùs baptizari Regina impetrâſſet, ſtatim atque ſacris intinctus eſt aquis, pulcherrimus evaſit, quare Pater factus Chriſtianus, & acerrimus hoſtis Mahumetanorum.

SÆCULUM XIV.

Ab anno 1300. *ad* 1400.

A. 1300. Caſſanus Tartarus jam Chriſtianus, ut è manibus Saracenorum terram ſanctam vindicaret, adversùs eos ducenta equitum peditúmque millia eduxit, & occurrentem ſibi ad Emeſſam Sultanum

Digitized by Google

Lau

num

tium Ægypti; necnon Syriæ Imperatorem *Melechnazerum* cum centum millibus, & peditum innumerabili multitudine profligavit, & universâ Syriâ potitus eſt, quam nullo negotio Orientales Chriſtiani recuperare potuiſſent, niſi mentem, conſiliúmque perdidiſſent. Propter ortas verò in Perſide turbas, rebellionem movente Baydone conſanguineo ſuo, Caſſanus redire compulſus, tradidit *Damaſcum Sultano* transfugæ Capiaco, eâ lege, ut hanc redderet Occidentalibus, ſi in Syriam copias ſuas adducerent: illi autem, dum tergiverſantur, occaſionem calvam eſſe agnoverunt.

ORTUS

TURCARUM OTTOMANORUM.

AD hunc annum referuntur Turcarum *Ottomannorum Imperii* initia, auctore ſcilicet Ottomanno, Græcis *Oſmane* dicto, cui inter Duces Turcos ſortitione Aſiam minorem ſeu Natoliam dividentes, obvenit Bithynia: hic animo & corpore præcel-

ici, Pruſæ, longâ obſidione captæ, Regiam ſedem fixit, & favore Alatini, ſeu Azatinis Sultani Iconii ex parvis initiis magni Imperii fundamenta jecit: adoptatus porrò ab Aladino liberis carente, ei non ſucceſſit, ſed Vezirius Sahibas, quo ſublato Oſmanes dictus eſt *Chanes*, qui Turcis Rex eſt, vel Summus Princeps, atque ab hoc anno decurrunt anni *Imperii* tantopere Chriſtianis ob ignaviam ſuam & ſimultates metuendi.

A. 1301. Hoc anno orta eſt Societas Catalanica dicta, ſeu Romania, quæ conflata eſt ex pace Sicula. Nempe Catalani, Genuenſes, aliique Itali, quorum pleríque dicebantur Templarii, allatis ſecum ex Syria pecuniis, claſſem inſtruxerunt viginti triremium, quâ uſque Conſtantinopolim omnia diripuerunt, & piraticam primò exercuerunt, deinde multis ſibi Latinis adjunctis Macedoniam vaſtaverunt, & Comitem Brennæ Athenis imperantem occidêre, ejus ditionem cum Peloponneſo occupantis, & ductis occiſorum indigenarum uxoribus ibi ſedem figentes. Societas inferentibus damna & accipientibus Græcis & Latinis fuit fatalis.

A. 1304.

Digitized by Google

A. 1304. Caſſano Tartarorum Rege Chriſtiano mortuo ſuccedit Campagadus, alii Carbandam nominant, frater Caſſani & à fide mox apoſtata, ſub quo tota Chriſtianitas inter Tartaros concidit, ſed & Tartarorum Imperium corruit, & Monarchia illorum diviſa eſt in plures Hordas.

A. 1310. Ad hunc annum referunt quidam extinctionem Ordinis Templariorum, quos non tantùm Philippus Galliæ Rex, ſed & alii Principes Chriſtiani plerique oderant. Ut verò Ordo tanti nominis aboleretur hæc proxima cauſa fuit. Prior Montis Falconis in pago Toloſano cum Noffo quodam Florentino per Magiſtrum conjectus in carcerem detexit crimina, & ſacrilegia, quæ Templariorum domibus continebantur. Quare multi eorum vivi ſunt exuſti, & inter cæteros Joannes Mola Magiſter Ordinis, quorum tamen oſſa quidam ut Martyrum collegerunt. Eos tamen Clemens (qui interrogandos curârat de 14. capitibus) apoſtatas, idololatras, & hæreticos profeſſus eſt. Itaque eorum ruinæ vera cauſa fuit rerum omnium abundantia, deliciarum & vitiorum mater.

Digitized by Google

Hoſpitalarii. Equites *S. Joannis* in Inſula Cypro malè habiti à Rege, impetrata ab Andronico Imperatore Græcorum Rhodo Inſula, eam anno præcedente aggreſſi, hoc anno in ſuam poteſtatem redigunt in feſto Virginis aſſumptæ, Turcis ex eâ ejectis, qui indè Saracenos expulerunt, & hi Græcos. Dux tam felicis expeditionis fuit Falco de Villeredo, Nobilis Gallus, qui deinceps Dominus Maris, barbaris terribilis extitit. Ab hâc Inſula dicti ſunt Equites Rhodiani & fortiſſimè eam propugnârunt, altero pòſt anno adversùs Turcas immenſo exercitu eam cingentes, ſed affecti magnâ clade cedere coacti ſunt. Duce tunc temporis exiſtente Amedæo Sabaudiæ Comite, qui propterea nomen *Magni* obtinuit, & crucem albam in ſuo ſtemmate retulit, cum his litteris F. E. R. T. hoc eſt. *fortitudo ejus Rhodum tenuit.*

A. 1311. Celebratur Concilium Viennenſe in Gallia Oecumenicum à Clemente V. præſentibus Patriarchis Alexandrino & Antiocheno Latini ritûs, & 114. Epiſcopis cum aliorum Procuratoribus, numero 300. præter Abbates & Doctores, Regem Franciæ

ciæ Philippum Pulchrum ejúsque fratres ac liberos. Actum in hoc Concilio de recuperanda terra ſancta, de Templariorum Ordine penitùs ſupprimendo.

A. 1312. Societas Catalana diſtrahitur & turbatur domeſtico bello inter Entenzam & Roccafortium, in quo ille occubuit, hic à præfecto Eubææ interceptus in Siciliam deductus eſt, ubi in carcere obiit. Vaſtabant hi ſocii nullo commodo Chriſtianitatis Macedoniam, Achaiam & Athenas omnibus noxii, nulli fideles, & inutiles.

A. 1313. In Franciâ Rex Philippus & Eduardus V. Rex Angliæ cum multis Proceribus accipiunt crucem, imò & uxores pro expeditione ſancta contra Turcas in Palæſtina.

Inventa eſt hoc anno apud Quadalupam imago Beatæ Virginis, miſſa à S. Gregorio Papâ ad Leandrum Præſulem Hiſpalenſem, quæ Saracenorum metu abſcondita, incipit multis miraculis clareſcere.

A. 1314. Philes Palæologus Andronici Græcorum Imperatoris cognatus paucis copiis Turcas ſuperat, & animos Græcorum reſtituit.

Digitized by Google

A. 1321. Andronicus Junior nepos Andronici ſenioris ex Michaële filio in avum rebellat, & copias conſcribit prætextu ad Turcarum excurſiones reprimendas: quem dolum non expertus eſt Imperator priùs, quàm equus S. Georgii in pariete depictus adhinniret, utì fecerat quando Balduinus urbe depulſus eſt. Occaſione autem iſtius diſſidii Turcæ in ſuum commodum egregiè uſi ſunt.

Legatus Pontificis cum Venetis paratâ ingenti claſſe trajicit in Aſiam, & Smyrnam barbaris eripit, multáque fortiter gerit, donec omnes Turcarum inſidiis intercepti pro fide fortiter interiêre, morte ſuâ quàm victoriis fortunatiores.

Turcæ Thraciam & Macedoniam vaſtant, & civitates Aſiæ penè omnes, quæ Græcis ſupererant, capiunt.

Oſmannus ſeu Othomannus Turcarum Princeps moritur, eíque ſuccedit filius natu minimus Orchannes, hoc uſus ſtratagemate: recedens ille in Olympum montem dum fratres inter ſe depugnant pro Imperio, collectâ militum manu utriúſque caſtra ſingillatim invaſit, & utrumque occidit,

Digitized by Google

dit, atque ſic rerum potitus eſt. Et ut oſtenderet, non ſe eſſe degenerem Othomanni filium, mox Nicæam obſedit & cepit fugato juniore Andronico, occupavit & Nicomediam, aliáſque Urbes. Orchanus Rex Turcarum Nicæam in Bithynia poſt diuturnam obſidionem capit, fruſtra Andronico juniore Imp. Conſtantinopolitano ſuppetias ferre adnitente. Cœperunt tunc primùm Turcæ pueros Chriſtianos capere in Natolia & venales exponere.

Quo tempore etiam Turcæ Conſtantinopolitanam Urbem occupâſſent, niſi Venetorum & Genuenſium armis prohibiti fuiſſent; abduxêre tamen Chriſtianorum 10. millia, & Eubæam ſibi vectigalem fecêre. Poſthæc magìs pro imperio, quàm religione ſollicitus Andronicus, turpiſſimum fœdus cum Turcis iniit ad repetendas à Genuenſibus Phocæam & Mitylenem, atque Chriſtianos in officio continendos.

A. 1333. Heraclea & ſimul tanta multitudo Chriſtianorum à Mauris capitur, ut ſingula capita nummo aureo venirent.

A. 1336. Babyloniæ Sultanus curam

Digitized by Google

ſepulchri Chriſti Domini Hieroſolymis Patribus Franciſcanis committit, Pontifice conſentiente.

Scythæ & Turcæ Thraciâ vaſtatâ multa Chriſtianorum millia in ſervitutem abigunt.

Græci à Latinis expetunt auxilia contra Turcas, polliciti cum EccleſiaLatina unionem, hæc tamen non impetrant, cùm omnibus conſtaret de ipſorum inconſtantia & fide Græca.

A. 1340. Chriſtiani Duce Simone à Quarto paucis triremibus inOrientem navigantes, Turcas in mari Euxino magnis cladibus afficiunt.

A. 1344. Chriſtiani feliciter pugnant contra Turcas in Aſiâ, & Smyrnam occupant deletâ Turcarum claſſe. Algezira quoque ad fretum Gaditanum munitiſſima civitas hoc annoMauris erepta auxiliaFrancorum, Navarræorum & Pontificis. Perhibentur Mauri in hâc expeditione igne ac pulvere tormentario emiſiſſe globos in Hiſpanos obſidentes, quibus etiam in bello Creſſiaco Angli adversùs Francos uſi fuiſſe ſcribuntur, quare qui hujus inventi tar-

tarei

Digitized by Google

tarei auctor traditur Bertholdus Schvvartz, Monachus, hoc perfeciſſe potiùs, quàm inveniſſe credendus eſt.

A. 1345. Promulgatur iterum crux in Turcas & huic expeditioni præficitur Humbertus Delphinus Viennenſis in Galliâ, ſub cujus auſpiciis incenſæ ſunt Turbarum naves, inſuper autem nihil memorabile geſtum eſt. Delphinus iſte ante duos annos Philippo ditionem ſuam eâ lege dedit, ut ejus filius aut Nepos, cui hæc Provincia aſſignaretur Delphinus vocaretur, & Delphinos ferat pro inſigni ſeu ſtemmate, factus eſt poſtea Dominicanus, & Alexandrinus Patriarcha, aliiſque beneficiis Eccleſiaſticis auctus obiit Claromontii in Arverniâ, major principatu relicto, quàm adminiſtrato, & relicto ſibi ſucceſſore, qui ſemper Chriſtianiſſimi Regis primogenitus eſſet.

Eodem anno Joannes Cantaguzenus in Imperatorem Conſtantinopolitanum coronari ſe curat à Patriarchâ Hieroſolymitano Lazaro, & ut res ſuas firmat, filiam ſuam Theodoram tradit Orchani Turcarum Principi, unde factum eſt, ut Turci antea vagi firmam in Thraciâ ſedem de-

Digitized by Google

figerent, futuri mox ex incolis Imperii hujus everſores.

A. 1347. Dictus Joannes perfoſſo muro à ſuis fautoribus recipitur Conſtantinopoli captis Annâ Auguſtâ & filio ejus Calo-Joanne, quam tamen amiciſſimè tractavit, datâ etiam filiâ ſuâ Calo-Joanni, quem ſaltem nomine ſecum voluit imperare.

A. 1349. Turcæ in Thraciâ invaleſcunt diſſimulante Cantaguzeno & Græcis in ſuo damno adhuc facetis.

A. 1351. Damaſci Præfectus incendio excitato Chriſtianos ejus auctores fecit, & tam diu torſit, donec falſum crimen admitterent, & cùm omnibus propoſuiſſet aut crucem, aut Mahometis cultum, tantùm 22. elegerunt crucem, cæteri ad Mahometis cultum tranſiêrunt. Cùm id Sultanus Ægypti reſciiſſet, præfectum hunc medium diſcindi juſſit: Et ſic fecit utcunque ſatis Chriſtianis.

A. 1353. Cantaguzenus à Calo-Joanne preſſus ad Turcas confugit, implorat etiam Innocentium Pontificem, & unionem inter Græcos ac Latinos pollicetur, ſi auxilium a Chriſtianis Occidentalibus obtine-

re

re poſſit. Quibus Innocentius injungit ut priùs ſpiritualia curent, & tunc non defutura à Chriſtianis auxilia.

A. 1354. Suleimanes Turcarum Princeps à fœdere cum Græcis inito reſiliens multas urbes in Thraciâ occupat. Cantaguzenus autem jam vehementiùs à Calo-Joanne preſſus Matthæum filium ſuum dicit Imperatorem, jam ſe publicè Tyrannum, non tutorem profeſſus.

A. 1359. Orchanes Rex Turcarum ex equo lapſus moritur, cui filius Amurathes ſuccedit, qui ſub ſpecie juvandi Græcorum Imperatorem, contra Deſpotas tranſit in Thraciam, & Philippopolim, Adrianopolim, aliáſque Civitates occupat, & hanc ſui Regni ſedem conſtituit. Hujus inventum ſunt Janizzari ſeu Jenitzari hoc eſt *novi Milites* ſeu *Tirones*, robur Imperii Turcici, & Deo dante, quondam ejus futura pernicies.

A. 1361. Petrus Rex Cypri, paratâ claſſe cum Hoſpitalariis centum triremium Attaliam Urbem capit & præſidio firmat, Candabotam quoque ſivè Sidam ad deditionem compellit, & Sultanum ejus ſibi

vectigalem facit, & ſic multum retudit audaciam Turcarum.

A. 1365. Petrus Rex Cypri Alexandriam capit & incendit.

Servii dum Hadrianopolim recuperare conantur, ab Amurathe Turcarum Principe ingenti clade afficiuntur.

A. 1366. Amedeus Sabaudiæ Dux cum copiis Crucigerorum excitatis ab Urbano V. appellit in Thraciam, ac Turcis ereptam Callipolim Joanni Palæologo conſanguineo ſuo reſtituit: quam tamen paulò pòſt Græcorum inertiâ Turci recuperavêre. Aliunde Petrus Rex Cypri Tripolim Turcis eripuit, multáſque Civitates, & ita Sultanum Ægypti terruit, ut mitteret Legatos Venetias, quibus Venetos à ſacrâ expeditione averteret: atque tota hæc tam celebris expeditio demum etiam in Chriſtianorum perniciem recidit.

A. 1367. Legati à Calo-Joanne mittuntur ex Græciâ acturi de concordiâ utriuſque Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ, Amedæo Sabaudiæ Duce plurimùm cooperante, qui etiam Viterbii ab Urbano perhumaniter excepti ſunt, & multis utrinque

que litteris miſſis, negotium agitatum eſt.

A. 1369. Calo-Joannes Imperator Græcus navigat Romam, benignè acceptus à Pontifice, ſæpe ad menſam vocatus, inde Venetias venit auxilia petiturus, ubi tantùm à fæneratoribus pecuniam accepit. Venetiis in Galliam tranſivit, ſed quia bello Anglico implicitã invenit, Venetias rediit & ibi à fæneratoribus detentus ſcripſit ad filium Andronicum, ut ad ſe pecunias mitteret, ſed ab hoc contemptus eaſdem petiit ab Emmanuele ſuo, ſecundò genito & impetravit aliquas; ſed non ſufficientes unde ipſe Emmanuel ſe obſidem pro parente obtulit, & ideo in hunc Joannis amor, & in illum odium magnorum in Oriente tumultuum cauſa emanavit.

A. 1372. Gregorius Pontifex res Hiſpanas & Siculas componit, & Carolum Regem Navarræ cum ſuis inimicis conciliat. Excitat inſuper Chriſtianos Principes Occidentis contra Turcas; hanc autem expeditionem Genuenſium & Venetorum diſcordia perturbat, ex leviſſima prorsùs cauſa orta & cum dedecore commemoranda, non

non tamen tuenda, ut videant Chriſtiani, quàm injuſtè & impiè filii matris Eccleſiæ pugrent contra ſe. In coronatione Petri, ſeu Petrini Hieroſolymorum Regis, antea Cyprij, accidit, ut Venetorum legatus (ab aliis Bajulus tantùm dictus) præponeretur Genuenſium Bajulo (ſivè Legato) quâ de causâ cùm hi vindictam ſpirarent, & depoſcerent paſſim, Famæguſtæ Genuenſes trucidat; ideóque hi grandi claſſe comparatâ totam Inſulam pervagantes cepêre Famaguſtam, eámque centum annis tenuerunt, leviſſimam honoris injuriam graviſſimis damnis vindicantes.

A. 1374. Emmanuel filius Joannis Palæologi ab Amurathe Rege Turcarum Principatu Theſſalonicæ ſpoliatur.

A. 1375. Eò miſeriæ in Oriente res Chriſtiana devenit, ut Imperator Græcus Amurathi cœperit eſſe tributarius, & huic in expeditionibus adeſſe cogeretur, argumento certiſſimo Imperii in ultimam ruinam incumbentis.

A. 1376. Joannes Palæologus Conſtantinopolitanus ab Andronico filio ope Genuenſium antea pulſus, nunc ope Venetorum

rum reſtituitur quibus propterea Tenedus Inſula data eſt à Genuenſibus erepta.

Inde Amurathes Turcarum Rex poſt devictos Bulgaros & Servios, & magnâ felicitate maxima bella geſta in Aſiâ & Europâ, in ipſa Servicâ expeditione à privato quodam occiditur & pro eo imperat filius Bajazethes, qui ſequentibus annis in Macedoniam, Epirum, & Hungariam penetravit.

A. 1384. Certantibus inter ſe Joanne Palæologo, Calo-Joanne Imperatore Conſtantinopolitano, & Andronico ejus filio de Imperio, Andronicus auxilio Bajazethis Turcarum Regis illud occupat, conjecto patre & fratre Emanuele in carcerem, & jurans in verba Bajazethis, ejus ſe clientem ac tributarium profitetur.

1390. Amurathes Turcarum Princeps prælio victor, quod contra Triballum ſeu Ziriſos geſſit, occiſo etiam eorum Rege Lazaro ſeu Eleazaro, dum mortuos recognoſcit à Triballo inter cæſorum cadavera ſemimortuo protinus ſicâ confoſſus & ipſe victor inter victos occumbit: vir fortiſſimus & 37. præliis confectis ſemper felix & trium-

umphans. Venatione & aucupio, dum à bello quieſceret, indulgens; ideóque canū 40. millia alebat, & falcones plurimos; in ſubditos Comis, in peccantes verus, promiſſi tenax, & uno verbo talis, quô meliorem, exceptâ ſuperſtitione vix inter Chriſtianos Principes optare poſſemus. Succeſſit illi Bajazethes filius, qui mox fratre ſuo Jacupe ſtrangulato Regnum auſpicatus eſt. Vocabatur Bajazethes *Gilderum* quod fulmen ſignificat. Hic Aſiam cogitans & ambitioni ſuæ deſtinans, filiam duxit Lazari Regis Zirſorum, quem Græci Stephanum vocant, filii ejus, qui in prælio Coſovano modò ceciderat.

Ad hunc annum præter propter pertinent initia Tamerlanis ſeu Themiris: fuit natione Scytha ſeu Tartarus in montibus Sogdianæ, patre opilione natus, bellando in Perſas fortiſſimus, & rei militaris peritiſſimus evaſit, ſed crudelis: cùm urbem aliquam oppugnabat primâ die tentorium album, ſecundâ coccineum, tertiâ nigrum extendebat, quô indicabat primò gratiam, ſecundò paucorum cædem, tertiò omnium interitum. Vocare ſe auſus *Iram & flagellum*

lum Dei. Erat militaris diſciplinæ obſervantiſſimus, hinc exercitus ejus omnibus rebus abundabant.

A. 1391. Bajazethes Turcarum Rex, Aſiâ minore & Theſſaliâ occupatâ, inhiat Conſtantinopoli, eámque obſidere incipit, obſidionibus ſubinde interruptis, ad octo vel decem annos.

A. 1393. Bajazethes Bulgariâ & Walachiâ devaſtata, Hungariam invadendi animum adjicit, & in Sirmienſem agrum irrumpit: obſidet etiam terrâ maríque Conſtantinopolim; ſed ad occurrendum Sigismundo, qui cum exercitu Nicopolim jam venerat, iterum obſidionem interrumpit, & cum Sigismundo confligit, atque Hungaros magnâ clade afficit: & Conſtantinopolim reverſus, eò tunc Emmanuelem Imperatorem adigit, ut vicus unus cum ſuo præfecto, atque Mesquita Turcis aſſignaretur in urbe, & hâc initâ conditione, pacem aliqualem componit: quæ tamen omnia, ne executioni hoc tempore darentur, victoria Tamerlanis tantiſper impedivit.

A. 1396. Sigismundus Hungariæ Rex copiis auxiliaribus ex Galliâ cum præcipuis

Duci-

Digitized by Google

Ducibus & nobiliſſimo equitatu acceptis roboratus, exercitum centum millium armatorum educit contra Bajazethem, quibus hic cum ducentis Turcarum millibus prope Nicopolim occurrit: ibi temerè & inconſultâ ferociâ pugnam auſpicantibus Gallis, qui fingebant injuriam genti ſuæ fieri, ſi Hungari (utì ſapienter ſuadebat Sigismundus initium pugnandi āb his tanquam Turcicarum pugnarum magis gnaris ſumi debere) primam invadendi gloriam Gallis præriperent: ita infeliciter pugnatum eſt, generosè tamen & fortiter, ut tametſi jam cæſa eſſent ſexaginta Turcarum millia, & certa eſſet victoria Chriſtianis, ſi Hungari ſupervenirent, nihilominus, quia equi Francorum ſine ſeſſoribus viſi ſunt magno numero redire in caſtra, quos Franci ad tantò expeditiùs & meliùs cum hoſte pugnandum ſtudiosè dimiſerant, Hungari opinantes Gallos pleróſque jam cecidiſſe unà omnes cum Rege ſuo fugam arripuerunt. Turci autem fugâ tam præcoce animati & fortiores ac ferociores effecti, viginti Chriſtianorum millia partim in acie, partim in fugâ ceciderunt;

præ-

Digitized by Google

præter octo captos, cæteris ad unum omnibus Francis deletis. Quàm Bajazethi hæc victoria fuit fortunata, tam Chriſtiano nomini ignominioſa, qui gloriæ inanis invidentiâ, & intempeſtivæ æmulationis ardore tantùm ſibi ſtragem & hoſti ſuo adoream adſciverunt; & quantùm fortitudine ſuâ in regnando promeriti ſunt laudis, tantùm ex temeritate ſuâ & ſtolida ferocia in æmulando dedecoris ſibi comparârunt: tam pupugit Sigismundum hæc probroſa fuga & inde ſecuta ſtrages, ut viginti duos menſes non auſus ad ſuos redire, latuerit. Sed & ſuſpicio hujus cladis fortis erat in Joannem Galeatium, quaſi is omnia Bajazethi indicâſſet. Verbo ſi ritè pendantur omnia, tam triſtia Chriſtianorum culpâ acciderunt.

A 1397. Tamerlanes Scytharum ſeu Tartarorum Rex domitis Parthis, Perſis, Aſſyriis, ac totâ Aſiâ, cum ſexcentum peditum millibus & quadringentis millibus equitum, ferreâ armorum inundatione, obrutâ & occupatâ, Bajazethem omiſſâ obſidione Conſtantinopolitanâ occurrentem prælio vincit & capit, occiſis ducentis

Tur-

Digitized by Google

Turcarum millibus, ac caveâ æneâ clatratâ per modũ feræ incluſum, per totam Aſiam cum ludibrio circumfert, ejus dorſo uſus pro ſcabello dum equum conſcenderet, donec quatuor ferinè pòſt annis idem ipſe Bajazethes mortem ſibi adſcivit, capite ad caveam alliſo.

A. 1399. Mittuntur ex Franciâ Emmanueli Imperatori Conſtantinopolitano ſuppetiæ, Duce Buſſicaldo, qui Turcis fortiter reſtitit & excurſiones compeſcit.

Hoſpitalarii Equites in Cariâ exſtruxerunt Caſtellum à S. Petro dictum, in quo ſolebant excubare canes, diſtinguentes Turcam à Chriſtiano, huic adulantes, & illum lacerantes: horum canum unus Chriſtianum à Turcis fugitivum quotidiè in Sylvâ diu panis ſibi oblati portione pavit, nec detectus niſi à ſuo alumno, quod indies ille fieret ſtrigoſior.

Multi Græci immanitatem Turcarum fugientes in Italiam ſeceſſerunt: inter quos fuit Emmanuel Chryſoloras Bizantinus, ex illuſtri familiâ oriundus, qui à Joanne Palæologo Conſtantinopolitano Imperatore miſſus, ut Regum opem imploraret, mu-

nere

nere perfunctus in Italiâ ſubſtitit, & Græcas litteras, quæ fermè 700. annis ab Italiâ exulaverant, reſtituit.

Emmanuel Conſtantinopolitanus Imperator Occidentis Reges inviſit, auxilia contra Turcas imploraturus, ſed præter magnificas exceptiones & promiſſa nihil reportat.

Emmanuel Imperator Græcorum ex Occidente Conſtantinopolim revertitur, & derelictus ab Occidentalibus (qui dum victo Bajazethe Syriam recuperare facilè potuiſſent, niſi ſchiſmate diviſi fuiſſent) à Machomete (præcipuus is erat inter 14. filios Bajazethis victi, qui & cæteris multis prævaluit) paciſci coactus eſt & ex victoria Tamerlanis ac ſtrage Turcarum hoc tantùm obtinuit, ut Imperio non privaretur.

SÆCULUM XV.

Ab anno 1400. *ad* 1500.

ANno. 1402. Circa hoc tempus Tamerlanes Smyrnam penitus delevit: in

in Sebaſtia quóque horrendum ſævit , in quâ duodecim hominum Myriadas interemit, pueris ac mulieribus ungulis equorum conculcatis : quo ſpectaculo Tamerlanes oblectari ſolebat. Quia verò Rex Indorum fines ejus depopulari cœpit, ad ſua rediit, eundémque Regem victum ad pacem admiſit, ac Saramacandam, olim Miriandam dictam, Imperii ſui ſedem, variarum devictarum gentium ſpoliis exornavit. Quid exinde præſtiterit, latet : certum eſt filios ejus à paternâ virtute defeciſſe, nec hæreditatem à patre relictam ſatis fortiter & ſapienter conſervâſſe..

A 1403. Hoſpitalarii Rhodii equites Sultanum Ægypti Saladinum in tantum vexant , ut turpem & ſibi ignominioſam pacem cum illis inire compulſus ſit.

A. 1415. Clades aliquot hoc anno à Turcis acceptæ ; abduxêre poſt clades impoſitas, & receptas captivorum 30. millia. Imperabat tùm Machometes Calebinus Turcarum Rex qui Hadrianopolim ſedem Regni ſui ſtatuit , ut ſic fortiùs & faciliùs pugnaret in Europa contra Europam,

A. 1419. Emmanuel Imperator Orientis

entis inconſultè Imperii jam aliunde infirmi ditiones inter quinque ſuos liberos divìdit, hâc diviſione in ultimam ruinam Imperium præcipitaturus.

A. 1425. Machomete Rege Turcarum mortuo, ſuccedit Amurathes II.

A. 1425. Amurathes Rex Turcarum Epiro ſibi ſubactâ, accipit à Joan. Caſtrioto Principe tres filios obſides, quorum natu-maximus, cujus Uxor Sophia fugit relicto marito, à quo ſe ſperni putabat, ad patrem Marchionem montis ferrati, ita Joannes duxiſſe fertur Mariam Comnenam Imperatoris Trapezuntini filiam.

A. 1426. *Sultanus Ægypti Sagittara* dictus Inſulam Cypri vaſtat, & omnes Urbes præter Famaguſtam diruit, & ipſum Regem Joannem capit, poſtea redemptum à Cive Genuenſi 200. aureorum millibus, populus univerſus aut cæſus, aut abductus. Venerat ad hunc Regem auxilium ex Europâ, ſed tardiùs, jámque capto Rege, unde veriti Cruciferi ne Rex, quod Sultanus minabatur, interficeretur, re infectâ redièrunt. Idem Sultanus ſepulchro Chriſtianos prohibet, ſed licentiam protinus

red-

Digitized by Google

reddit, audito quod Ludovicus Palatinus Rheni & Bavariæ Dux in Palæſtinam copias admoveret. Qui etiam inde rediit ex morbo in mari cœcus factus, & cum ingenti barbâ quam deinceps non depoſuit, unde & nomen retulit *Ducis barbati*, *Ducis cœci* ac ſimul magnam laudem pietatis.

A. 1431. Theſſalonica Urbs Græciæ à Turcis occupatur Venetis ſuis navigiis fugientibus, incolis reliquis omnibus cæſis aut venditis. Inde Amurathes victorias ſuas per univerſam Græciam ſparſit; cui tum Joannes Caſtrioti Rex Cypri, ut pacem redimeret atque libertatem, Urbem ſuam præcipuam Croiam, & filium ſuum Georgium dare coactus eſt. Inſtitutus eſt à Turcis Georgius magnâ curâ propter egregiam ejus indolem dictus Scanderbegus: & verò iidem poſtea eum Alexandrum eſſe, damno ſuo ſunt experti.

A. 1431. Baſileæ Græcorum Legati cum litteris Joannis Palæologi Imperatoris & Joſephi Patriarchæ Conſtantinopolitani recipiuntur à Concilio ſeſſione XIX. & ſeſſione XXI. Annatæ beneficiorum Eccleſiaſticorum abrogantur.

A. 1435.

omnia in turpem fugam conjecit: actum fu-
iſſet cum Turcis in Græciâ, niſi curſum vi-

reddit, audito quod Ludo

orum abrogantur.

A. 1435,

Digitized by Google

A. 1435. Albertus Archi-Dux Auſtriæ, gener Sigiſmundi Imperatoris, interea dum Sigiſmundus conatur reformare Imperium, cum Hungaris adversùs Turcas feliciter pugnat. Collatâ ſemel acie cùm jam disjectis ſignis Hungari fugerent, fecit illis animos gregarius miles, vir fortis, qui ſecurî per Turcas viam ſibi fecit ad ſigna repetenda, & ſic nobilem ſuis victoriam paravit, cæſis barbarorum octodecim millibus: factus eſt poſtmodùm eques à Sigismundo, donatúſque multis prædiis, ut ſe verè nobilem virtute ac divitiis oſtenderet.

A. 1442. Amurathes poſt ſeptimeſtrem Belgradi ſeu Albæ-Græcæ obſidionem à Joanne Hunniade Waivvoda Tranſſylvaniæ, quem Turcæ Janeum, alii Corvinum vocabant, triplici magnâ clade ſuorum repellitur.

A. 1443. Hunniades ſivè Corvinus juſſu Wladislai Regis, Turcos ad Moravum fluvium caſtra locantes cum decem equitum millibus, eorum 30. millia cædit, quatuor millia capit, & cæteros ad centum millia in turpem fugam conjicit: actum fuiſſet cum Turcis in Græciâ, niſi curſum vi-

F ctoria-

ctoriarum Hunniadis, Chriſtianorum patientia tunc ſufflaminâſſet. Pugnæ Moravum fluvium interfuit Georgius ſtriottus, qui & ipſe vel ſponte ceſſit, cedere coactus Hunniadi: is hâc occaſi uſus, Secretarium Baſſæ ſcribere comp litteras ad præfectos Crojenſes & Epi tas, ut ei Urbes redderentur: quare Crojæ receptus eſt, unde ex Epiro Tur ſubmovit. Et hujus viri jacturam plu fecit Amurathes quàm omnes clades p peſſas.

A. 1444. Sultanus Ægypti Rhodum ſidet, ſed ab Equitibus Rhodiis fortiter cum ignominia rejicitur ſuo damno ctus, Urbem expugnari non poſſe, cui quites eſſent pro muro vivo atque ſpiran

Eodem anno Chriſtiani bellum para in Turcas, ut ij Europâ ejicerentur, ad qu rum invitationem etiam Uladislaus Hu gariæ Rex paulò ante initam pacem cu Amurathe rumpit, atque ad Varnam My ſiæ oppidum cum eo congreditur, & cr deliſſimo prælio ab eo victus fortiſſi pugnans cæditur, cujus reſectum cap Palo impoſitum, Turcorum erexit animo

& Chriſtianorum abjecit, ut & Hunniades ipſe fugiſſet, niſi à Draculá Waivvoda retentus fuiſſet. Cæſus quoque eſt Julianus Cardinalis Legatus à quodam naviculario, ut ejus auro frueretur. Chriſtiani tunc magnâ clade affecti, & Amurathes ultorem ſe violati fœderis à Deo electum eſſe dixit ſimúlque profeſſus eſt , tantam ſe quoque ex hâc Cadmæa pugna cladem perpeſſum eſſe, ut ſimilem victoriam ſuis hoſtibus exoptaret.

Idem Amurathes paulò pòſt grande periculum adiit : cùm enim ex captivis Polonis Juvenes fortiſſimos Nobiles duodecim elegiſſet ad nefariam libidinem ac circumciſionem, hi de interficiendo Principe turpi cogitârunt, eúmque jugulâſſent, niſi perfidioſo captivo meditatum facinus indicâſſent, ab eo igitur proditi, & capiendi, clauſis cubiculi foribus mutuis ſe ſe vulneribus confecêre, & mori fortiter at pudicè, quàm impiè & luxurioſè vivere maluêre.

A. 1448. Hunniades triduo in campo Rigomezo cum Amurathe pugnat, primò & ſecundò victor, tertiò victus recedit, relictâ victoriâ, ſed prorsùs cruentâ Amura-

Digitized by Google

thi. Cæſa ſunt in hoc prælio Chriſtianorum octo, Turcarum 34. millia; & Hunniades fugam capeſſere coactus, & triduo impaſtus ac per avia decurrens, quarto die incidit in latrones duos: qui dum de ejus cruce aureâ diſputant, unius arripuit gladium, quo percuſſit unum, alterum fugavit, & deductus eſt per ruſticulum Senderoviam, cùm in aliud caſtrum ire cogitaret, ubi Georgii Deſpotæ juſſu non dimiſſus, niſi dato obſide juniore filio Ladislao, quē tamen Hunniades armis mox recepit. Amurathes in loco certaminis ſuum celebravit Paſcha, ubi & octo millia Walachorum, qui deſerto Hunniade ſe illi dederant, circumfuſos trucidavit, ſic magnificè ultus proditionem, & Chriſtianorum impietatem.

A. 1450. Amurathes Croiam Metropolim Epiri obſidet, propugnante eandem fortiſſimè Scanderbego.

A. 1451. Amurathes Turcarum Rex obſidionem Croiæ turpiter ſolvere cogitur, Scanderbego eam ſtrenuiſſimè defendente: at ex mœrore atque apoplexiâ, immodicóque hauſtu vini, extremum claudit

dit diem: ſuccedit eidem Mahometes II. viginti & unius anni Juvenis adeò Chriſtianos exoſus, ut, ſi cuipiam obviâſſet, ſtatim ſibi oculos elueret aquâ; hic ne pater ſolus ſepeliretur, fratrem ſtrangulari, & utrumque funus Regio apparatu peragi juſſit.

A. 1453. Mahometes Conſtantinopolim obſeſſurus arcem exſtruit munitiſſimam non longè âb Urbe. Hâc perfectâ, ingentis magnitudinis bombardas fabricari jubet, quæ lapides pondo mille ducentorum vel 1000. vel 800. librarent.

Ineunte ergo Vere Turci ambitu 13. milliarium, ſeu centum & quatuor ſtadiorum vallo Conſtantinopolim præcingunt, & quia Urbs à continente firmiſſimis mœnibus præcincta erat, navibus 70. per 70. item ſtadia incredibili labore & induſtriâ impulſis atque perductis ad portum, eam à mari aggrediuntur, ponte inſuper ſolubili fabrefacto, qui murum contingeret, ex quo prægrandibus machinis infirmiora partis hujus mœnia disjicerent. Urbem defendebant ſex tantùm Græcorum millia, tria Venetorum, ac Genuenſium, adverſùs

Turcorum ducenta quinquaginta octo millia, & naves trecentas viginti. Non caruit tamen hæc civitas aliquamdiu in ſui oppugnatione ſuo Hectore: fuit is Joannes Juſtinianus cognomento *Longus*, patriâ Genuenſis, qui navium præfectus, Græci Imperatoris & gentis ejus miſertus ignaviam, Urbis tuendæ curam ſuſcepit tantâ fortitudine, ut illa tantùm hoc propugnatore deſtituta ceciderit, ſicut eô pugnante ſteterat.

Urbi obſeſſæ ſuppetias tulerunt tres Genuenſium naves, imperatorias frumentarias comitatæ, quæ Turcicam claſſem tam malè mulctârunt, ut ſupra duodecim hoſtium millia interemerint, & fremente licèt Mahomete, atque in mare cum ſuis equum incitante, ſubiêrint portum, nullo è ſuis deſiderato.

Tunc quoque Hunniadis ex Hungariâ cum pedeſtribus copiis adventuri, & claſſis Occidentalium affuturæ fama, utì Græcos voluptate, ita Turcas timore magno affecit, ſed non diuturno.

Mahometes enim arbitratus ab Urbis hujus expugnatione dependere felicitatem

ſuam

ſuam & imperium, decretoriâ pugnâ die Martis 4. Kalendas Junias feriâ tertiâ ante feſtum corporis Chriſti, Urbem invadit: ſed cum magnâ ſuorum ſtrage. Quo in certamine leviter vulneratus Juſtinianus, nullo qui loco ſuo præeſſet (idque valdè imprudenter) relicto, quaſi vulnus obligaturus receſſit, nec ullis precibus ab Imp. Conſtantino potuit revocari. Peram ergò primùm trajecit, inde, ubi ad ſe rediens flagitii ſui recordari cœpit, ex mœrore obiit.

Tum ergo fugientibus magis, quàm repugnantibus Græcis, eodem die Urbs capta eſt: Conſtantinus Imperator vulneratus, abreptus à multitudine, ſæpè cadens, ſæpe reſurgens, conculcatus tandem & obtritus interiit, cui & caput reſectum à Turcis ad terrorem Chriſtianorum circumlatum eſt, quorum hoc die quadraginta millia trucidati, ſexaginta millia capti ac venditi; eorum theſauri refoſſi Turcis ceſſêre, qui ex hac Urbe tantùm prædæ collegêre, ut deinceps ditiſſimi ex Turcis, Conſtantinopoleos direptioni (vulgari paræmiâ) dicerentur interfuiſſe: quas pecunias ſi Græ-

ci impendiſſent in ſtipendia Occidentalium militum, magnâ ex parte & theſauros, & libertatem, & imperium retinuiſſent. Eodem die Genuenſes nequidem rogati, ultrò Peram Mahometi diripiendam tradiderunt, pecuniæ, quàm gloriæ cupidiores mercatores.

Non deſtitit autem *Scanderbegus* miſſos in ſe Turcos egregiè retundere, nec victus, nec victor gnarus quieſcere.

Sic ergo rebus à Chriſtianis Græcis ſegniter in Oriente, & ſimul diſſidentibus à ſe Chriſtianis in Occidente, illis voluptatibus, his odio & inimicitiis cruentis diffluentibus, ac hoc quóque tam fatali anno, Francis & Anglis, Sfortiâ Duce Mediolanenſi, ac Venetis, Alphonſo, ac Florentinis, aliiſque Principibus mutuis ſe ſe bellis dilacerantibus, Imperium illud potentiſſimum poſt annos 1122. à Conſtantino Magno fundatum, in Conſtantino XI. concidit, & translatum eſt ad Ottomannos. Nec fuit hactenus Sampſon Chriſtianus repertus, qui hanc portam perfregiſſet, & dirutis vectibus evertiſſet.

A. 1454. Fridericus Imperator Ratisbo-

nam

Digitized by Google

Digitized by Google

Poſtremi IMPERATOR

I. MICHAEL PALÆOLOGUS , Tut
1263. † 1283. Regn. 20

II. ANDRONICUS Senior, Impe
74. Ux. 1. ANNA filia STEPH. V. I
WILHELMI II. Marchion. Montſ

III. ANDRONICUS III. Junior fi
Germania. 2. JOLANTHA , Co

V. JOANNES VI. Palæolog. nat. 1 3 3
Imper. 1 347. ad 13 90. Ux. HELENA
Tutoris ſui Joann. Cantacuzeni filia

VI. ANDRONICUS IV. Palæolog. d
thronifat Patrem 1390. ipſe verò
Turcis 1392. Ux. JOANNA.

VIII. JOANNES VII. Palæolog. Imp
1424. Ux. 1. ANNA, Baſilij Czari
Moſcov. filia. 2. SOPHIA , Theo
dori II. Comitis Montferrat. filia.

Digitized by Google

ORES GRÆCI Conſtantinopoli

Tutor Junioris Joannis Laſcaris 1259. fit Imper.
10. ann. ætat. 58. Ux. THEODORA.

per. 1283. ad 1328. Regn. 45. † 1332. ætat.
V. Hung. Regis. 2. IRENE vel JOLANTHA,
onferrat. Soror & Hæres.

—— MICHAEL Conregnat
Patri † 1320.

r fit Imper. 1328. ad 1341. Ux. 1. HELENA ex
Comitis Sabaudiæ Amadæi V. filia.

IV. JOANNES V. Cantacuzenus Tutor
Imperatoris Junioris Joann. VI. 1341.
fit Imper. 1347. fit Monachus.

(3)52.
NA,
lia.

de-
ò 2

VII. EMMANUEL II. Palæolog. Imp.
1392. ad 1424. † 1425. Ux. HELENA
Cæſaris Trapez. filia.

per.
ri in
eo-

IX. CONSTANTINUS XI. Palæolog.
ultimus Imper. Conſtantinop. 1448.
† 1453. Ux. 1. THEODORA † 1429.
2. CATHARINA † 1443.

Digitized by Google

Digitized by Google

nam conventum indicit de bello Turcis inferendo, ſed Principes Chriſtiani mutuis odiis maluerunt decertare, quàm Chriſti cauſam tueri. In conventu tamen Francofortenſi bellum in Turcas decernitur, adnitentibus potiſſimùm Joanne Capiſtrano Minoritâ, & Æneâ Sylvio, hoc oratione, illo pietatis famâ potiſſimo.

A. 1455. Nicolaus V. Papa dum bellum Turcicum promovet, ex mœrore captæ Conſtantinopoleos moritur, vir Sanctiſſimus, magnificentiſſimus & eruditiſſimus, cui ſubſtituitur Alphonſus Borgia.

A. 1456. Mahometes centum quinquaginta armatorum millibus Belgradum obſidet: in ejus auxilium Joannes Carvajalius Cardinalis quadraginta millia Chriſtianorum adducit, quos Capiſtranus voce, & Hunniades ſuâ fortitudine, & exemplo accendit. Certatum primò in Danubio eſt, ſed tantâ utrimque cæde, ut is ſanguine totus ruberet; perrupêre tamen in Urbem Chriſtiani jam in ultimas anguſtias redactam. Non ceſſit ideo furor Mahometis, ſed decretorio inſultu Urbem aggreditur XI. Kal. Aug. irrumpunt Turci in Urbem

ſæpe victi, ſæpe victores, alternante fortunâ donec victoria certa ſtetit penes Chriſtianos, & Mahomete in pectore plagam accipiente, quæ lethalis credita fuit, tumultuosè barbari receſſerunt nocte ſequenti relictis omnibus æneis machinis, & omnibus ligneis accenſis: cæſa perhibentur illo inſultu & pugnâ, Barbarorum quadraginta millia, plerique Proceres cum Baſſa Europæ; nunquam potuit Mahometes recordari hujus diei, quin malediceret.

De hâc clade Capiſtranus & Hunniades certiorem mox reddiderunt Caliſtum III. Pontificem, qui feſtum transfigurationis Dominicæ ad ſextum Auguſti, quo die hæc victoria contigit, in gratiarum actionem inſtituit in Eccleſia celebrandum. Verùm non multò pòſt Hunniades ex nimio labore in febrim ardentem incidit, ex quâ invictiſſimus Heros & Rege major ſanctiſſimè obiit: Capiſtranô ab ejus latere nunquam avulſo; qui & ipſe ſeptuagenario major X. Kal. Novembris paulò pòſt ſecutus eſt. Reliquit Hunniades duos filios, Ladislaum jam armis aſſuetum, & Mathiam

adhuc

Digitized by Google

adhuc impuberem: utrumque paternæ ditionis & fortitudinis hæredem. Sed & Capiſtranus poſt ſe reliquit laborum ſuorum comitem Jacobum Picentam in vitâ & poſt obitum clarum. Qui cùm aliquando una cum Capiſtrano rejectus eſſet à ſordido nauclero deficiente naulo, ſuper undam expanſo pallio cum comitibus trajecit Eridanum, ſordido portitore obſtupeſcente.

A. 1457. Turcis Mitylenem in Inſula Lesbo oppugnantibus, eaque jam ad deditionem paratâ, hiantibus muris in ruinam: Virgo armata, mœnia aſcendit & Turcas ſubire auſos trucidat, cujus exemplo cives excitati: Barbarorum ingentem ſtragem ediderunt, & cum magno dedecore repulerunt.

Eodem anno Ladislaus Hunniadis ſenior filius ob Ulricum Giliæ Comitem, Hunniadum inſenſum hoſtem, quem is Albæ interfici juſſit, capite, juſſu Ladislai Regis, Budæ plectitur, anno ætatis 24. formoſiſſimus ac fortiſſimus juvenis, cui præ commiſerationis affectu vix quarto ictu tortor caput reſecare potuit. Frater ejus minor natu Mathias Corvinus annorum tunc ſepten-

Digitized by Google

decim à Ladiſlao Rege Viennam adductus eſt, à Padebrachio cuſtodiendus: Eodem anno Ladiſlaus Bohemiæ & Hungariæ Rex præſtolatur ſponſam filiam Caroli Regis Franciæ, ſed repentè non ſine ſuſpicione veneni, Pragæ extinctus eſt.

Turcarum copiæ in Scanderbegum immiſſæ, rurſùs ab hoc Achille Chriſtiano retunduntur ac diſſipantur.

Uſſum Caſſanus Perſarum Rex à Caliſto Pontifice excitatus Turcas invadit. Similiter Caliſtus Cardinalem Aquileienſem cum claſſe in Orientem mittit, ubi multas Turcarum naves depreſſit, Inſulas aliquot eis ademit, Ægyptios, Cilios & Syrios terruit.

A. 1458. Dum Demetrius & Thomas Palæologi inter ſe decertant, Mahometes II. expugnat Corinthum, & vectigal imponit Peloponeſo.

Mathias Corvinus Joannis Hunniadis filius è carcere Pragenſi ad Regium ſolium evehitur, mirabili fortunæ ludo, quæ unum fratrem propè è thalamo nuptiali rapuit ad ſupplicium, & alterum è carcere evehit in ſolium.

A. 1459.

Digitized by Google

A. 1459. Pius II. Pontifex in Concilio Mantuano bellum contra Turcas decernit, ſéque ipſum pro hâc expeditione Ducem offert, ſed hic totus conatus ob Principum Chriſtianorum vecordes diſcordias evanuit.

Demetrius & Thomas Palæologi, dum reſiduam partem Peloponeſi ſibi invicem eripere volunt, totam perdunt, quam univerſam occupat Mahometes, eorundem mutuò concertantium auxilio, Thomâ in Corcyram fugiente, & Demetrio cum ſua ſparta Turcis ſe dedente. Fortunam poſtmodùm variam expertus eſt Demetrius, donec Hadrianopoli tandem factus Monachus obiit anno 1470. bene uſus ſuâ calamitate in æternam felicitatem commutatâ. Thomas ex Corcyra Romam venit, quò etiam anno 1467. filios ſuos Andream & Manuëlem cum Sophiâ filiâ accerſivit, ubi liberaliter, juſſu Pontificis, educati ſunt. Manuel autem, familiarium ſuaſione, Româ deſertâ fugit Conſtantinopolim, à Mahomete lautè habitus, ubi & duos genuit liberos, quorum unus junior obiit: ſic Palæologorum familia exſpiravit.

A. 1460.

A. 1460. Principes Orientis invitant Occidentales, in Turcas, quibus illi pollicentur aggredi Mahometem in Aſia, dum eum Chriſtiani in Europâ detinerent, ſed ſurdis canebatur fabula. Quo tempore Monobaſſia olim Epidaurus, vulgo *Malvaſia*, Græcis recentibus *Monemboſia* ſe ſe Pontifici dedit, cùm eam Thomas Palæologus Turcis tradere vellet, & huic defendendæ impar eſſet Demetrius. Uno tantùm aditu ſubiri poteſt, ferè inexpugnabilis, diu à Pontifice & Venetis ſervata, tandem etiam commune Græcis jugum ſubiit, à Turcis occupata, nunquam occupanda, ſi defendi voluiſſet,

A. 1461. Corruit hoc anno Trapezuntinum Imperium, captis Sinope & Trapezunte cum Rege ſuo Davide Comneno, qui Joanni ſucceſſerat, & cæſo paulò pòſt cum filiis Davide, univerſa familia Palæologorum in Græcia extinguitur. Thomas tamen Palæologus Romam venit profugus ac inops ut ibidem ex aliena miſericordia viveret, qui fratrem Demetrium conſortem principatûs ferre noluiſſet.

A. 1462. Mahometes Turcarum Imperator

Digitized by Google

rator Walachiam invadit, & Provinciâ illâ Bladum Waivvodam ſpoliat, ſuffecto ei fratre Dracula, Bladus autem ad Mathiam Regem Hungariæ profugit, ſed ob ejusdem epiſtolam ad Mahometem datam & interceptam velut proditoriam, à Mathiâ in cuſtodiam datur, in eaque decennio integro detinetur.

Fuit autem Bladus iſte (alii ſcribunt Blodus) tantæ crudelitatis, ut præter alia tormenta, quibus innumeros, etiam innoxios è medio ſuſtulit, juſſerit interdum vivos excoriari, ac ſale conditos capris objici, ut linguæ aſperitate dolor eorum augeretur.

A. 1463. Turcæ occupant Boſniam; mox tamen Mathias cum ſuis Hungaris Jayzam provinciæ caput recipit, quam diu recuperare tentat Mahometes, civibus, fœminis, & pueris pugnaciſſimè ſe ſe defendentibus, cum ignominia recedit, plurimis ſuorum amiſſis, & tormentis in profluente merſis.

Stephanus Rex Boſnienſis, ac jure uxorio Serviæ ac Raſciæ Despota, bello petitus à Mahomete Turcarum Imperatore, & obſeſ-

obſeſſus Jayzæ, blanditiis ejus ad colloquium evocatus, cute vivus exuitur, ac licet perfidè ab impio Tyranno, juſto tamen Dei judicio cum vitâ Regnum, quod proprio patri fraudulenter eripuerat, amittit, & hoc modo Boſnia, Raſcia, & Serviæ magna pars in Turcarum poteſtatem pervenit: Jayzam cum aliis aliquot oppidis Mathiâ Rege ſibi vendicante.

A. 1465. Scanderbegus Crojam adversùs Turcam defendit, damna recipiens à Turcis, iterum damna ingentia eisdem infligens, vir ad miraculum fortis.

Mahometes quoque, ut conſilia Principum Chriſtianorum contra ſe diſturbaret, Ferdinandum Siciliæ Regem ingentibus promiſſis & muneribus ad amicitiam ſollicitat, quam tamen hic fortiter & laudabiliter rejicit.

A. 1467. Obiit hoc anno Liſſi ad Drillum fluvium ex febri Georgius Caſtriottus Scanderbegus, ibidem ſepultus: tantæ apud Turcos venerationis, ut hi captâ Liſſo, ejus oſſa poſtmodùm diripuerint, & thecis aureis, aut argenteis incluſerint ad fortitudinem ſibi conciliandam: reliquit filium Venetiis

netiis enutritum, qui poſtea nobilem familiam propagavit in Apuliâ, in ditione ab Alphonſo ejus patri donata, paterna potiùs quàm propriâ virtute illuſtris.

A. 1469. Mahometes II. Æno oppido nuper à Venetis capto, direpto, inflammato, truculentum emiſit votum adversùs Chriſtianos.

A. 1470. Mahometes Turcarum Imperator votum quod fecerat, executurus cum ingenti claſſe & majori exercitu pedeſtri Lemnum vaſtat, Chalcidem capit hodie *Nigropontum* dictam, Eubœæ Inſulæ Urbem primariam oppugnat diebus 30. & per ignaviam Cænalii claſſis Venetæ Præfecti occupat: & hic quidem à Venetis in exilium actus, Erizzius autem Urbis gubernator, qui deditionem fecit, per medium corpus ſectus eſt, crudeli joco Mahometis dicentis: capiti, non lateribus promiſſam eſſe incolumitatem. Filia ejus formoſiſſima ad Sultanum adducta ad libidinem, & renuens petitioni ejus acquieſcere, jugulata, purum Chriſto ſpiritum reddidit.

A. 1472. Romanus Pontifex, Veneti, Rhodii equites, & Rex Neapolitanus, cum

Uſſum-

Uſſumcaſſano Perſarum Rege expeditionem in Turcas ſuſcipiunt, ſed exiguo eorum emolumento. Smyrnam nihilominus diripiunt, omnéſq; illius incolas abducunt majore pompâ, quàm utilitate. Uſſumcaſſanus quoque ab alia parte cum 50. millibus Equitum Trapezuntem & Neo-Cæſaream eripit. Sed etiam hi dum nimis avidè ſuam ſectantur gloriam, non ſatis bonos ſe exhibuerunt.

A. 1473. Quidam Chriſtianus adoleſcens Antonius Siculus Callipoli detentus à Turcis, cùm agnoviſſet Mahometis claſſem & armamentarium malè ſervari, utrique flammas injicere decrevit. Venit ergo Naupliam ubi Mozenicus in hibernis ſtabat, huic conſilium ſuum aperit, acceptáque ſcaphâ cum pomis venalibus eò venit, ac ſequenti nocte ignem armamentario injecit. Idem incendium claſſi parabat, ſed accurrentibus multis fugere compulſus eſt: dúmque per Helleſpontum redit, demerſâ naviculâ in ſylvam proximam ſeceſſit, ubi detectus, & ex pomis natantibus agnitus, Tyranno faſſus eſt ſuum facinus, atque ejus juſſu per medium ſectus, doluit

tan-

tantùm: quòd majus damnum non intuliſſet. Senatus Venetus ejus fratri cenſum annuum, & ſorori dotem aſſignavit, ut hæredes ejus, fraternæ virtutis meminiſſent.

Mahometes transmiſſo Euphrate Uſſumcaſſanum prælio vincit, abſterritis Perſis bombardarum uſu, quibus Turcæ abundabant, & illi carebant. Tunc quoque Uſſumcaſſani filius (qui priùs victoriam à cæſo Europæ Baſſa Bedlierbego filio Thomæ Palæologi apoſtatæ reportârat, & ſtragem magnam Turcarum ediderat) globo trajectus interiit. Commiſſi ſunt Turcarum trecenta viginti, & Perſarum trecenta quinquaginta millia, Perſæ victi cum Rege ſuo in montes ſe ſe receperunt. Mahometes autem circumpoſitam regionem depopulatus, rediit Conſtantinopolim, & ſingulis ſtativis quingentos captivos interimens ſuæ crudelitati victimavit.

A. 1474. Uſſumcaſſanus ſe egregiè de Turcis vindicat, aliquot Principibus ereptis, & Perſico Imperio adjiciens Cappadoces, Armenos, Georgianos, jam toto Oriente, Turcíſque metuendus, neque indigus auxi-

auxiliis Chriſtianorũ, utpote, qui numerabat hoc año decies centies armatorũ milliã.

Interim Mocenico Duce Venetorum facto, Antonius Lauredanus claſſi præfectus Naupactum à Turcis obſeſſum ſervat, & Coccinum Lemni Inſulæ oppidum, ubi Marulla puella patris ad portam cæſi filia arrepto enſe & clypeo, popularibus ſuis animos reſtituit, & Turcas ad naves uſque fugavit, magnáque eorum clade, Patris necem vindicavit.

Quo tempore Simeoni Conſtantinopolitano Patriarchæ ſucceſſor à Mahomete datur Raphaël, qui plus pecuniæ pollicitus erat, homo illitteratus, & adeò deditus ebrietati, ut præ crapulis quotidianis nequidem feſtis Paſchalibus ſtare, & divina peragere potuerit, cùm autem vertente anno promiſſam pecuniam dare non poſſet, catenâ ferreâ ligatus à Turco Satellite circumductus eſt per domos ad ſtipendia colligenda, ut promiſſa ſolveret.

A. 2475. Stephanus Waivvoda ſeu Palatinus Moldaviæ & Walachiæ cum triginta ſuorum millibus, vincit Turcorum centum millia, omnibus aut occiſis, aut captis.

Ut

Ut pro tam inſigni victoria gratias ageret Deo, quatriduo in pane & aqua jejunavit. Hanc victoriam impedire voluit Mathias, quia partem habere non poterat, tanquam à ſubdito ſuo reportatæ, ideo ſex millia Hungarorum in Walachiam præmiſit, quos autem Stephanus, tanquam victoriæ ſuæ præludia debellavit.

Achmetes Baſſa Epirotes Theodoſiam vulgò *Caffam* in Tauricâ Cherſoneſo nobile Emporium atque utiliſſimum Ponti Euxini per Genuenſium ignaviam eripit Chriſtianis. Fuit Achmetes humili loco natus, ſed Mahometi ob bellicam peritiam & fortitudinem chariſſimus. Cujus uxorem pulcherrimam, cùm Muſtapha filius Mahometis in balneo corrupiſſet, & de hac injuria Achmetes queſtus eſſet, Muſtapham non tantùm increpuit, ſed etiam nervo ſtrangulari juſſit.

A. 1476. Moritur Jacobus Rex Cypri puer, & Veneti Regnū poſſeſſione capiunt, nomine Corneliæ matris Jacobi, quæ erat Veneta. Interea autem in Foro-Julio à Turcis magna detrimenta patiuntur, qui totam Regionem incendiis deformârunt, Alpibus

incre-

Digitized by Google

incredibili celeritate ſuperatis: equos enim ſuos ſimul complicatos & conjunctos per juga præcipitârunt in ſubjectas valles: & actum fuiſſet de iſtâ regione, niſi Carolus Montanus Ductor Venetarum copiarum inhibuiſſet.

A. 1477. Turcæ Crojam Epiri Metropolim deditione capiunt, quibus Veneti, auri quàm gloriæ cupidiores, inſuper Scodum cum Laconiæ promontorio & Lemno Inſulâ, cum penſitatione octo millium aureorum tradiderunt, ad repetendam pacē & commercia liberè per Græciā exercenda.

A. 1478. Mortuus eſt hoc anno ætatis 78. Uſſumcaſſanes, cui ſucceſſit minor filius Jacuppus, qui eâdem, quâ Pater obiit, die natu majorem interemit. Is annis 7. regnâſſe fertur, potatus veneno ab uxore ſua impudica: cujus tamen haurire partem cum filiolo coacta eſt.

A. 1479. Mathias Hungariæ Rex Ducibus Stephano Bathorio & Paulo Kiniſio inſignem de Turcis refert victoriam, cæſis eorum triginta millibus.

A. 1480. Equites Rhodii Turcas ab obſidione Rhodi Inſulæ repellunt, cæſis Tur-

Digitized by Google

Turcarum octo millibus, & quindecim millibus vulneratis: ſed eodem tempore ad diſtinendum Ferdinandum, ne Rhodiis ſuppetias ferret, à Mahomete in Italiam miſſus Achmet Baſſa, cum ingenti claſſe Hydruntum appulit, & hanc Urbem diebus ſeptendecim, tormentis laceratam occupavit, atque in ea crudeliſſimè ſæviit; duodecim millia Chriſtianorum cæſi vel abducti: Archi-Epiſcopus ſenex ſerrâ ligneâ ſectus: prægnantibus alvi apertæ, & fœtus eruti: ſenes equorum ungulis conculcati: Virginibus omnibus & matronis dedecus inflictum. Tunc Principes Italiæ relictis diſſidiis, & advocato Mathiæ Regis Hungariæ auxilio fœdus contra Turcas iniêrunt. Tentârunt eâdem occaſione Turcæ Ædem Lauretanam expilare, ſed vel illius aſpectu tanto tremore ſunt correpti, ut vix fugâ ſalvare ſe poſſent.

A. 1481. Moritur Mahometes II. Turcarum Imperator & Chriſtiani nominis infenſiſſimus hoſtis. Extinctus eſt in prato quodam doloribus colicis, ùt computant quidam anno ætatis 53. poſtquàm duo Chriſtiana Imperia Conſtantinopolitanum,

&

& Trapezuntinum, duodecim regna ſubvertiſſet, & pluſquàm ducentas magnas Urbes Imperio ſuo ſubjeciſſet, ideóque à ſuis nomen Magni obtinuit. Succedit ei filius natu-major Bajazethes. Auditâ autem morte Mahometis, & apparatu bellico Chriſtianorum, Turci, qui erant Hydrunti, accepto commeatu bellico, in Græciam ſuam receſſerunt: ſed & Itali, metu liberi, ad conſueta ſua diſſidia redierunt.

Eodem anno Mathias arma, quæ glorioſiùs convertiſſet in Turcam, expedit in Fridericum, Urbes aliquot capit, & Viennam obſidet.

Bajazethes Imperator Turcarum, Stephanum Moldaviæ Principem aggreditur, ſed is in clientelam Caſimiri Regis Poloniæ ſolenni ſe juramento mox dedit, & univerſam Moldaviæ Provinciam inpoſterùm ſub Poloniæ imperio futuram ſpopondit: & ſic prævaluit contra Bajazethem.

A. 1486. Orto bello inter Bajazethem Turcam, & Sultanum Ægypti, quòd Sultanus Zemi Bajazethis fratri auxilia præſtitiſſet, & uxorem ejus cum liberis recepiſſet, Hoc anno Sultanus Duce Uſume Usbego duos

duos exercitus Bajazethis ingentibus cladibus in Cilicia profligat, quorum priori qui præerat Baſſa Bajazethis gener interfectus qui poſteriori, captus eſt.

A. 1488. Turci Duce Hali Baſſa novo exercitu in Cilicia Adanam Civitatem oppugnantes, Sultanum Ægypti Urbi auxilio advenientem vehementi prælio ſuperant.

Bajazethes Imperator Turcarum ſingulis annis 25. millia aureorum perſolvit Equitibus Rhodiis, ut fratrem ſuum Zemem, cui Turcarum procerum pars magna favebat, & Imperium committere tentabat, in certa & ſecura cuſtodia tenerent, quâ occaſione uſus Zemes varios Chriſtianos Principes inviſit: Romæ tamen Summo Pontifici pedes oſculari renuit.

A. 1490. Sultanus Ægyptius minas intentavit Regibus Hiſpanis, & Neapolitano, denunciatâ Chriſtianorum omnium in Syria, & Ægypto clade niſi Mauri Hiſpanenſes quieti eſſe ſinerentur.

A. 1493. Hoc anno Bajazethes II. tantùm non interfectus eſt in Macedonia per Derviſium quemdam, qui petendæ Eleëmoſynæ causâ irrepſerat, & eum interemiſ-

ſet, niſi hunc vicinus Baſſa, impactâ in caput clavâ præveniſſet.

Eodem anno Chriſtiani in Croatia grandem cladem accepêre à Turcis imprudentiâ Becardini Frangipanis.

A. 1498. Turcarum 70. millia Poloniam ad diripiendum ingreſſi, tanto mox frigore obruuntur, ut illorum quadraginta millia obriguerint, & cæteri in Moldaviam progreſſi à Stephano penitus deleti fuerint. Ex quo Turcos inceſſit Religio Polonos aggrediendi quaſi divino præſidio fultos, nec unquam impunè à Barbaris, aut hoſtibus Chriſti tentatos.

A. 1499. Renovato Turcas inter & Venetos bello, Iſmaël Sophi magni Uſſumcaſſanis ex filia Nepos, Regnum Perſicum reſtaurat, & novam Alcorani ſectam inſtituit Turcis inſenſiſſimam, & odium adversùs Turcos hæreditarium poſteris relinquit. Quo ſi bene uſi eſſent Chriſtiani, Mahometis religio ad minimum concidiſſet.

SÆCU-

Digitized by Google

SÆCULUM XVI.

Ab anno 1500, *ad* 1600,

ANno 1501. Galli, Hiſpani, & Itali contra Turcas profecti ad Mytilenem Inſulam cæduntur culpâ Venetorum, qui inopinatò pacem cum Turcis conſtituerunt. Et quidem hæc expeditio adverſus Turcas ſuſcipienda prætexebatur ùt cauſa, Fridericum Regem Neapolitanum Turcis confœderatum regno ſuo exturbandi.

A. 1504. Veneti cum Turcis pacem inierunt, quam non refugiebat Bajazethes. Cauſa urgendæ pacis videtur multis Venetis fuiſſe, quòd ægerrimè ferrent Luſitanorum in Indiam navigationes, unde & Sultanum Ægyptium impulerunt, ut ex Indiis eos expellere conaretur; imò dicuntur etiam egiſſe apud Turcam, ut materiam Sultano ad navium fabricam concederet, cujus tamen magna pars ab Equitibus Rhodiis abducta fuit, magno commodo Chriſtianitatis.

Sed Sultanum contra Chriſtianos vehe-

Digitized by Google

mentiùs impulerunt Saraceni degentes in India cum Regibus indigenis Calecutano, & Cambajenſi, inimicis Luſitanorum: ac primùm minacibus litteris egit Sultanus apud Pontificem, Ferdinandum, & Emmanuëlem, quibus everſionem ſacri ſepulchri, & monaſterii S. Catharinæ in monte Sinai intentabat. Verùm eas minas riſit Luſitanus, interminatus viciſſim diſſipare oſſa Pſeudo-Prophetæ Mahometis Mechæ. Has autem legationes obiit Minorita nomine Maurus litterarum utrimque bajulus.

A. 1508. Sultanus Campſon Ægyptius hoc anno, ubi vidit nihil ſuas minas profuiſſe, claſſem in Indiam mittit, duce Mirhoceno Perſâ. Hic omiſſo Albuquercio, ad portum Ciauli contendit, ubi Laurentium Almeidam pro-Regis filium cum octo navibus imparatum vicit, & occidit. Verùm mox adfuit cum claſſe undeviginti navium Franciſcus pater, quâ & Dabulem Urbem cepit, & Mirhocenum cum 200. navibus, quà ſuis, quà Calecutanis, devicit, ingenti editâ ſtrage Mammalucorum: itaq; cum multis navibus, exuſtis aliis, & Mirhoceno

cemo ægrè cum unâ, diffugiente, Cochinum triumphans ingreſſus eſt.

A. 1509. Ingens terræ motus 40. dies concuſſit Conſtantinopolim, dirutis plurimis Turcarum ædibus, & multis millibus eorum obrutis, ipſo Bajazethe Hadrianopolim fugiente, ubi vix tutus in campo perſtitit: mox tamen 80. fabrorum millia convocati ruinas Urbis reparârunt, & magnum ſplendorem ac dignitatem Urbi reparatæ addiderunt.

Hoc anno Tekel, Dux Iſmaëlis Sophi, famoſus ille Mahometanæ legis interpres prodiit, cùm in ſpelunca Phrygiæ annis 7. latuiſſet, ab ipſo Bajazethe pecuniâ fotus, & primo quidem captâ Ataliâ, & brevì collectis decem armatorum millibus ſectæ ſuæ, Natoliam pænè totam diripuit, & flammis ferróque vaſtavit. Cùm autem tot rebus geſtis ad Iſmaëlem rediret, Iſmael pleroſq; ejus duces ſuis copiis concidendos objecit, & Tekelem ipſum vivum exuri juſſit; Bajazethes quoque in ejus ſectæ fautores inquiri juſſit, eorúmque ducentas domos Conſtantinopoli evertit.

Ximenius Archi-Epiſcopus Toletanus,

Digitized by Google

dictus Cardinalis Hiſpanus, Petro Navarro vili Nauclero magno Duce facto feliciter in Africâ gerit bellum, Oranum, Bugiam, Algerium, aliáſque Urbes occupat, Regibus aliis certatim tributum ei offerentibus; ita ut univerſa pænè Barbaria ſub ſanctiſſimi hujus Epiſcopi precibus contremiſceret.

A. 1511. Bajazethes Selimum filium, qui duxerat Tartarorum Præcopenſium Regis filiam, & imperium violentè invadebat, prælio vincit, & fugat ultrà pontum Euxinũ

A. 1512. Selimus fugatus anno ſuperiore à Bajazethe parente, vires reſumit, & favore Janitzerorum, Patrem Imperio, & poſtea per Judæum Medicum vitâ privavit.

Eodem anno Julius II. Concilium Lateranenſe, ſuperiore anno indictum contra Conciliabulum Piſanum, celebrare incipit quinto nonas Maji, cui ipſe interfuit cum Cardinalibus 15. Patriarchis Alexandrino, & Antiocheno, Archi-Epiſcopis, & Epiſcopis 77. multis Abbatibus ac Principum legatis. Hoc Concilium poſt quinquennium abſolutum eſt ſub Leone X. & approbatum: Piſanum autem in eo reprobatum, a-

ctúm-

ſtúmque in eo variè de reformandis moribus, & Turcis reprimendis; Qui etiam Illyricum invadentes ab Uladiſlao II. Hung. Rege fortiter repelluntur.

A. 1514. Leo Papa ad interpoſitionem Archi-Epiſcopi Strigonienſis Indulgentias contra Turcas, Cruce ſignatis concedit. Sed hi arma in Hungariæ Clerum & Nobilitatem convertunt, interfectis multis hominum millibus & nobilium centenariis, donec eos Joannes Waivvoda Tranſylvanus multis captis cum Duce eorum Stykelio diſſipavit, & auctores graviſſimis ſupplicils affecit.

Mahametes Scirifus cognominatus, quod idem eſt, ac magnus ſacerdos, ex Mahometano Eremita, concitatâ rebellione, militiæ ſe Ducem facit, & in Lybiæ ac Ægypti interiora penetrans, regnis Feſſæ ac Morochi occupatis, tribus annis multa adhuc alia regna acquirit, quæ 43. annis tenuit, quouſque anno 1557. à ſtipatoribus corporis in venatione ſenex admodùm interfectus eſt.

Selimus Turcarum Imperator cum exercitu quadringentorum militum millium

Iſmaëlem Sophi, Perſarum Regem oppugnat, & 26. Auguſti integro die confligit, Cadentibus centum millibus fortiſſimorum Turcarum; quoniam verò Iſmaël ſub veſperum accepto vulnere receſſit, ſtetit nihilominus victoria penes Selimum, qui Tauriſio Iſmaëlis Regiâ potitus, omnes opifices Conſtantinopolim tranſtulit. Memorabilis in hâc pugnâ fuit Hali Sultani perſici virtus, qui in fugâ Iſmaëlis dum eum Turcæ ſequerentur ardentiùs, finxit ſe Iſmaëlem eſſe, & deductus ad Selimum fraudem aperuit, & cædi juſſus, etiam ab hoſtibus laudem promeruit.

A. 1516. Selimus Turcarum Imperator bellum in Iſmaëlem Perſarum Regem continuaturus, ingenti educto exercitu divertit in Syriam adverſus Campſonem Sultanum Ægypti & Syriæ, arma moventem, ut Perſas ſublevaret, initôque acerrimo præliô non longè à Damaſco victus, Campſon perfidiâ Cajerbei præfecti Alepi occubuit, ſuffectûſque à Mameluccis in ejus locum Tomombejus vir ſtrenuus, æquè à Selimo vincitur, atque ita Selimus Syriam occupat, & Hieroſolymis ac Bethlehem vete-

rum

rum Prophetarum ſepulchra veneratur, & largas eleëmoſynas inter Chriſtianos diſtribuit, ac demum exercitum in Ægyptum ducit.

A. 1517. Selimus per Sinanem Baſſam Ægyptum aggreditur, & ſuperatis Arabiæ ſiticuloſis locis, quibus Ægyptus munita putabatur, inſuetis pluviis tunc de cœlo cadentibus, & Turcis faventibus ad Memphim, & Cayrum, vincit Tomombejum, qui tamen reparatis mox viribus ſecundâ vice adversùs Selimum educit exercitum; ſed dennò victus & fugatus, inter arundines latens deprehenditur, & Cayrum reductus, ibique tortus, ut Campſonis theſauros indicaret, demum vili jumento traductus per Urbem, ſtrangulatus, & unco ferreo publicè ſuſpenſus eſt: in quo nomen & imperium Mammelucorum defecit, quod ſupra 260. annos duraverat. Erant autem Mammeluci plerique educti ex borcaſſis, ſic dicti, quaſi ſtipendiarii voce Syriacâ, omnes fortes ac ſtrenui Equites duo deviginti mille ex ſuo ordine Principem eligentes, ſed omnes ſubditarum ſibi gentium Tyranni, ſacrilegi, apoſtatæ, qui tandem per ſcele-

ſceratiores Turcas exterminari meruerunt.

A. 1518. Selimus Turcarum Imperator felicibus belli ſucceſſibus elatus, ad imperium Romanum occupandum animum & vires adjicit. Viciſſim Leo Pontifex in eundem Principes Chriſtianos accendere laborat, ſed conatui ejus obſiſtunt exortæ novæ hæreſes, quas Martinus Lutherus vel novas effingit vel antiquas reſuſcitatas denuò ſpargit.

A. 1520. Moritur Selimus Turcarum Imperator eique ſuccedit Solimanus hujus nominis ſecundus.

A. 1521. Solymanus Turcarum Imperator Belgradum expugnat.

A. 1522. Rhodus à Turcis diù ſtrenuè defenſa, tandem proditione capitur: obſedit eam Turca cum trecentis primùm, ac deinde quadringentis navibus & ducentis ac poſtmodum Trecentis armatorum millibus per Muſtapham terreſtrium, & Curroglium navalium præfectum, quibus Philippus Villiericus ex Liladami familiâ cum ſex millibus ſupra hominem ferè & vires humanas reſtitit. Sperabatur ab Occidente auxilium, ſed Chriſtiani Principes ſuis commo-

mo-

Digitized by Google

modis intenti & mutuis bellis colliſi, religionis obliti ſunt. Ipſi quoque Veneti timuerunt diſplicere Solymano, & Gabrielem Martinengum nobilem Machinatorem Erickianum, quia ſubierat Rhodum, bonis omnibus exuerant; Faverunt quoque Barbaris Judæus medicus magni nominis, & Andreas Amaralus Luſitanus Prior Caſtellæ & magnus ordinis Cancellarius inimicus Villierici, per quem hoſtibus omnia conſilia manifeſtabantur, unde mirum non fuit Rhodum domeſtico & externo malo preſſam periiſſe. Jam Turcæ convaſabant ſua, & ſub tam forti præſidio de Rhodo expugnandâ deſperabat Solymanus, tum per transfugam & Amaralum moniti ſunt exſpectare tantiſper: Rhodios, vulneratos, cæſos, egenos & omni ope deſtitutos diu haud poſſe reſiſtere. Inter hæc Cancellarii proditio paulò tardiùs detecta eſt, deprehenſo ejus ſervo cum litteris, quas ad Turcas ejaculabatur, qui baptizatus & ſuſpenſus eſt. Amaralus autem impœnitens, capite plexus eſt, medicus quoque detectus obiit, factus Chriſtianus, cùm eques ætatis provectæ & diu religioſus vix-

iſſet. Initio itaque Decembris Achmetes Baſſa, qui Muſtaphæ ſucceſſerat, ſuadet Solymano, ut ſpe Clementiæ & magnis promiſſis Rhodios ad deditionem invitet: hi ſine muris & ſine pulvere tormentario, & penè omnes ſauciati honeſtiſſimis conditionibus, quæ à Turcis contra conſuetudinem ſervatæ ſunt, deditionem faciunt. Inter conditiones erat, ut, qui vellent, abirent qui remanerent, quemadmodum ſub Equitibus liberi erant, eſſent. Solymanus ipſe Villiericum inviſit, ſuumque patrem appellavit, & ut apud ſe viveret, invitavit. Ille egit gratias, & Kalend. Januar. conſcenſis navibus in Cretam abiit, quem ſecuti ſunt incolarum Coi Inſulæ quatuor millia & multi Rhodii, qui Dominos ſuos Equites jam ab annis 200. & duodecim relinquere noluerunt. Periêre in hac obſidione, morbis & fame, Turcorum 50. millia, ferro atque vulneribus ſupra 70. millia, adeò ut Solymanus eam Victoriam Cadmæam appellaret, & huic ſimilem hoſtibus ſuis apprecaretur.

A. 1523. Turbata eſt hoc anno Eccleſia Conſtantinopolitana intempeſtivâ peregri-

natio-

natione Hieremiæ Patriarchæ Hieroſolymam, & ſubſtituto in ejus locum Joannicio Metropolitâ Sozopolitano, & aucto Charatzio pendi ſolito. Hieremias tamen operâ Ibraimi Baſſæ amici ſui, reſtitutus eſt ſedi, eâ lege, ut quingentos aureos adderet; quam ſummam perſolvit Clerus & populus, eo repugnante: excommunicatus Joannicius obiit, & tumente poſt obitum cadavere oſtendit ſe non fuiſſe bruto fulmine verberatum.

Appulit Cretam Liladamus cum lacerâ claſſe, graviter expoſtulans de Venetis, qui paratas habebant naves bellicas ſexaginta, certiſſimum auxilium Rhodiorum. Perrexit inde Meſſanam cum apparatu lugubri, ubi & multos reperit equites ſuos, quibus tantùm navigia ad tranſitum defuerant. Mœroris ergo plenus Romam venit amiciſſimè ſuſceptus ab Hadriano, eoque mortuo cura ei conclavis tradita; mox etiam Viterbium, donec ei Melita concederetur, quam ſpeculam maris Hoſpitalarii facerent, ex qua de more vexarent Turcos, quibus internecinum bellum indixerunt.

A. 1526. Solymannus veritus ne poſt Rho-

Rhodum captam coirent Principes Chriſtiani, Ludovico Hungariæ Regi pacem offert, quam ille recuſavit ſuadente licet Pontifice, & Venetis. Solymanus itaque Hungariam ingreſſus cum 300. armatorum millibus, cui cum 25. millibus occurrit Ludovicus Duce Paulo Tomoreo Archi-Epiſcopo Colocenſi Minoritâ, prælium imprudenter conſerit, & victus cum ingenti ſuorum ſtrage periit in Palude ſubmerſus anno ætatis vigeſimo; periit etiam Paulus cum multis Epiſcopis, & magnâ parte nobilitatis: cæſi ſunt omnes aut capti Duces, præter Hannibalem Cyprium Copiarum Pontificiarum præfectum, latè vaſtata Hungaria, capti, abducti 300. millia Chriſtianorum: ne autem ulteriùs Solymanus progrederetur, impediverunt in Aſiâ motus excitati à quodam Saraceno Monacho Calendero Zelebe, cui ſe multi Baſſæ conjunxerant. Sed hic demùm victus ab Ibramo Baſſa, morte ſuâ Turcis pacem, metum reddidit Chriſtianis.

A. 1529. Solymanus Imperator Turcarum à Joanne Waivvoda Tranſylvaniæ evocatur, ut regnum reciperet, quo per Ferdinan-

dinandum Auſtrium excluſus erat: igitur cum magno exercitu ducentorum millium Hungariam inundat, ac eodem impetu quinq; Eccleſias, Albam-Regalem, Peſtam Budam, Strigonium, Altenburgum occupat, & Urbibus cæteris certatim ſe dedentibus. Viennam etiam obſidet, eámque graviter oppugnat, ſed fortiùs eam tutatus eſt Philippus Palatinus Rheni: quarè Solymanus poſt viginti dies accerrimæ oppugnationis, deſideratis ſuorum ſexaginta millibus, receſſit, minatus citò redire cum majoribus copiis; ſed illud citò, duodecim annos tenuit.

A. 1532. Bellum Turcicum cum ingenti apparatu geritur, Carolo V. in exercitu numerante ducenta ſexaginta armatorum millia, & Solymano trecenta equitum millia, ſed major fuit utrimque belli apparatus, quàm effectus & fructus.

Non meliùs Chriſtianorum res maritimæ proceſſerunt culpâ Andreæ Auriæ, qui cum longè pluribus navibus Venetis, Pontificiis, Cæſareis, Melitenſibus, 70. Turcicas malè armatas capere poterat, imò & ipſam Conſtantinopolim abſente Solymano

Sed

Sed prætexuit fœdus initum cum Turcis; imò & præfectum Turcicum admonuit, ut evaderet.

A. 1533. Barbaroſſa, aliter dictus Ænobarbus dictus Mytilenus, ſeu Hariadenus, totius maris Beglierbegus à Solymano conſtitutus, creatur inſuper Rex Algeriæ, quam anno præcedente occupaverat, & cum claſſe centum triremium Moream, anno præcedente ab Andreâ Auriâ, Hiſpanicæ Claſſis præfecto occupatam invadit, & Coronam, aliáque loca recipit.

A. 1535. Carolus V. cum claſſe in Africam trajicit, & Coletam arcem capit victo Barbaroſſâ, Tunetúmque expugnat; aſſertis in libertatem 20. millibus Chriſtianorum, & Turcis magnâ ſtrage in prælio contra Barbaroſſam deletis, Urbs ditiſſima exiguo diripientium fructu direpta eſt, & res pretioſiſſimæ diſſipatæ; ſicque Muleaſſem ſuo regno reſtituit, ipſo ſpoliato ſuo regno egentiorem Regem.

A. 1536. Barbaroſſa Tuneto pulſus, & Hipponam delatus, inde pariter inſequentium incuriâ evolavit, & Algeriam devenit, ubi reparatâ claſſe, minorem Balearem

occu-

Digitized by Google

occupavit, & vaſtavit, ſicut & alias multas Chriſtianorum opes, acceptiſque Conſtantinopoli tanquam victor, quia non deſperâſſet; verum autem triumphum egit Neapoli Carolus, poſt deteriorem ſcilicet Saracenorum Muleaſſen adverſùs minùs malum Mahumetanum deſenſum.

A. 1537. Solymanus Turcarum Imperator mandat, ut inpoſterum omnes Græcorum civitates, quæ vi captæ erant, carerent Eccleſiis.

Ferdinandi Regis Hungariæ copiæ magna clade afficiuntur à Turcis, Solymanus quoque occupat Moldaviam.

Hoc anno Franciſcus I. Rex Galliæ cum Solymano fœdus init, ut eodem tempore Franci Inſubriam, Turcæ autem Calabriam & Apuliam tentarent; itaque Aulone (hodiè *Valona* dicta) Barbaroſſa in Salſentinos ſolvit cum Lanzino Baſſâ, quos ſecuturus erat mox Solymanus; ſed Franciſcus ſtare pactis non potuit, unde à Turcis contemptus, & à Chriſtianis irriſus eſt. Barbaroſſa interim emiſſo in continentem equitatu totam regionem vaſtavit, quæ inter Brunduſium & Tarentum jacet, mul-

tis

tis captivis, omni pecore & armento abactis; inde in Venetos iram & copias convertit, ſed has Corcyra repreſſit, Carolus omnibus modis Solymanum flectere conatus eſt.

A. 1538. Suſcipitur ingens expeditio à Chriſtianis contra Turcas, ſed eventus illius exſpectationi non reſpondit, unde Veneti à Turcis pacem impetrant, aliquot Urbes in finitimis Macedoniæ eis cedentes.

A. 1541. Dum Solymanus Hungariam infeſtat, & Ferdinandum repellit, Carolus Imperator & frater Ferdinandi, Algerianam expeditionem ſuſcipit & ad Juliam Cæſaream *Alger* 10. Kal. Novemb. appellit cum 22. millibus peditum, & mille equitibus. Capta fuiſſet civitas, in quâ vix 800. Turcæ & totidem Mauri, ſed tempeſtates, & aëris inclementia obſtitêre, quâ multi ſublati, & 159. naves, 15. triremes, omnes lembi periêre. Itaque re infectâ Carolus in Hiſpaniam ſe recipere compulſus eſt.

A 1542 Expeditio ingens 62. millium armatorum ad recuperandam Budam mittitur Duce Joachimo Electore Brandeburgico, negligentiâ autem Ducum accidit, ut

ram

tam numeroſus exercitus partim profligatus, partim contagione ad nihilum fuerit redactus, Luthero editis libris bellum contra Turcas diſſuadente.

A. 1543. Franciſcus Rex, Turcicam claſſem, atque Barbaroſſam evocavit, ut ejus operâ Nicæam Ligurum expugnaret; quod & factum: arx tamen fortiſſimè reſtitit, & Turcorum Francorúmque aſſultus eluſit: ſed cum Franci non ſatis parati acceſſiſſent, irriſi ſunt à Turcis; qui re infectâ recedentes, exſcenſionibus factis in Italiam multos Chriſtianos abduxêre captivos, & regioni fœdam intulere vaſtitatem, ſpoliíſque divites rediêre Conſtantinopolim.

A. 1544. Solymanus Hadrianopoli progreſſus in Hungariam, Strigonium proditione, Albam Regalem (ubi vetuſtorum Regum ſepulchra erant) vi capit, quinque Eccleſias evertit, & Walporiam aliáque inſignia Hungariæ loca occupat & munit, atque Conſtantinopolim regreditur. Barbaroſſa à Franciſco evocatus, iterum Chriſtianos Cæſareanos vexat, Pontificiis autem non obeſt, Franciſco ſic optante & præſcri-

ſcribente Polinogardiâ, cujus operâ Turca evocatus erat.

A. 1552. Dum Chriſtiani bellis ſe ſe atterunt in Germania, Solymanus in Hungariâ multis Urbibus, Temesvvar, *Lypa*, Zolnock captis, magnis paſſibus & viribus progreditur, Agria civitas impetum cohibuit, & duobus Stephanis Dobone & Neſcutio contra viginti quinque aſſultus *for*tiſſimè propugnata eſt, & pax inter Ferdinandum & Solymanum inita

A. 1559. Bajazethes, victus à fratre Selymo fugit cum filiis ad Tammaſum Regem Perſarum. Veritus Solymanus familiæ ſuæ turbas, egit cum Perſa, ut Rebelles illi tollerentur, miſſo qui eos probè noverat, pocillatore ſuo; omnes itaque arcûs nervo Strangulati pacem Imperio Turcico peperêre.

A. 1560. Tripolitana expeditio contra Dragutem, qui hanc tenebat Urbem, ſub auſpiciis Philippi ſuſcepta, Hiſpanorum cunctatione, malis fœderatorum conſiliis, excitâ ad Lotophagitem ſeu Gerbem Inſulam arce, peſſimè ceſſit. Datum enim tempus expediendæ Turcicæ claſſi, quæ Duci-

bus

Digitized by Google

bus Piali Baſſâ, & Muſtaphâ, claſſem Chriſtianam oppreſſit, duodeviginti millia Chriſtianorum perdidit, & triremes 28. Onerarias 14. cum multis minoribus navigiis. Fugêre turpiter Chriſtiani Duces, capta arx Gerbenſis, Turci de noſtra calamitate triumphârunt.

A. 1565. Solymanus compoſitis in Tranſylvania rebus, & Sigismundo Waivvodâ reconciliato cum Imperatore, abruptóque Germanicæ victoriæ curſu, in Melitenſe bellum totus incumbit. Pudebat eum à paucis, ut ajebat, piratis illudi Imperio Ottomanico, expeditionem nullam in Turcos ſuſcipi, cujus Equites Melitæ aut fautores, aut authores non eſſent. Et perierat hæc inſula niſi Joannem Valetam Pariſotum Ordinis Magiſtrum nacta foret; maximè cùm hic âb omnibus imparatus eſſet, exhauſto ærario, & qui ei auxilium toto menſe Junio ſanctè pollicitus erat Garſias Toletanus, Siciliæ Prorex, flagitiosè deſuiſſet. Obſidetur ergo Melita per Muſtapham Solymani propinquum, & Pialim Baſſam 40. millibus armatorum, & navibus 200. præter eos qui cum Dragute Pro-Sultano Tripolitano, &

Chaſ-

Chaſſane Algerij Rege, filio Barbaroſſæ, ex Africa adfuerunt; ſed adjecta ingens bellicorum tormentorum copia, & quibus tota Inſula concuti poterat, Erant in Melita circiter octo propugnatorum millia, & quod caput erat, iis præerat Pariſotus, Principio oppugnata eſt arx S. Hermetis, expugnata poſt 24. dies, duodeviginti globorum millibus in eam collibratis. In ea cæſi 1200, Chriſtiani, 110. Equites, qui vulnerati etiam ex ſedilibus ad mortem uſque repugnârunt. Periêre tamen ſupra 4000. Turcarum, & omnium inſtar Dragutes, quem duabus Melitis Solymanus redemiſſet. Nec tamen Pariſotus hâc clade demiſit animos, ſed magna alacritate Turcos excepit: donec arce S. Michaëlis & Burgo ad magnas anguſtias redactis 7. Idus Sept. Garſias diu tergiverſatus adfuit, conviciis Equitum Melitenſium, & obtorto collo tantùm non attractus, cùm jam Vaſa colligerent Turcæ, & Melitam capi poſſe deſperarent. Cùm nihilominus vidiſſent Ottomani adducta duntaxat auxiliatorum octo millia, ea delere cogitârunt, antequam jungerentur Pariſoto, atque ex maris nauſeâ reficerentur,

expo-

expoſitis in terram raptim decem ſuorum millibus. Sed cùm Chriſtiani in eos fortiter pergerent, perturbatiſſimè naves ſuas repetière; multis ſuorum amiſſis, atque victoriâ prid. Idus Sept: quindecim millibus armatorum deſideratis, 8. Nautarum millibus, & 78. millibus majorum tormentorum globis fruſtra ejaculatis. Pariſotus ultimo perfunctus periculo, Deo grates egit, & reddere conatus eſt immortales: Solymanus magnâ æquitate animi cladem hanc, aliis etiam conjunctam, accepit: Garſias denique ob præpoſteram cunctationem exautoratus, in ſuis ædibus conſeneſcens errati ſui, vel Principis pœnas luit diuturnas.

A. 1566. Excitatum eſt hoc anno à *Solymano* Hungaricum bellum, cui cauſam dedit Maximilianus, poſtulans ab eo fœdus eâ lege, ut Joannes Sigismundus Tranſylvaniæ Princeps excluderetur. Iratus in illum aliunde Turca, Legatum Cæſaris cuſtodiri juſſit, ipſe licet annis gravis ſuſcepit expeditionem in Chriſtianos, ut Melitenſe dedecus relineret. Verùm antequam diſcederet Conſtantinopoli, Pialim Baſſam maris

maris præfectum occupare juſſit Chium Inſulam, ſub Genuenſibus & Juſtinianâ familiâ ſibi tributariam. Hanc ſine cæde, ſine armis calliditate ſibi vindicavit, & à direptione, præterquam Eccleſiarum abſtinuit. Juſtiniani omnes Caffam abducti; 20. pueri ad Solymanum ac per vim circumciſi ſunt, quorum nullus ejuravit fidem in tam tenerâ ætate, pæne omnes virgis cæſi periêre. Quidam eorum libertate pecuniis emptâ, repetiêrunt Italiam; cæteri poſtea interveniente Carolo IX. patriæ reſtituti ſunt cum umbrâ Principatûs, ne Inſula nobilis, incolis demigrantibus, deſerta relinqueretur. Quibus & impetravit, ne inde pueri Conſtantinopolim abducerentur; quod etiamnum ſervatur accuratè. Chiis ſub Ottomanico jugo placidè, ſed prudenter viventibus, & pietate magis ſuâ, quàm Principum ſuorum potentiâ tectis.

Solymanus Zygethum oppugnare parat, munitiſſimum Hungariæ oppidum duplex, duplicíque arce munitum, paludibus circumfuſum, extructo per Dravum fluvium, & paludes, ponte, mille paſſuum longitudinis, latitudinis 14. cubitorum, intra 12.

dies,

dies, per Hamſam Quinqueccleſienſem Præfectum Turcam, quem ſuſpendii metus intentatus à Principe per miſſum linteum, tam diligentem effecerat. Et obſidionem diſcutere potuiſſet Maximilianus Javarinum uſque progreſſus cum ingenti exercitu, in quo Henricus Guiſius, & plerique Nobiles Galli militabant, ſed dum cunctatur, Urbs capta eſt; quam tamen fortiſſimè Nicolaus Comes Zrinius tutatus eſt. Hic cùm ſe dedere honeſtè poſſet, cum 300. militibus reliquis, impreſſione in Turcos factâ, certus mori, non inultus cum ſuis occubuit, quatuor tantùm ſervatis. Triduo ante expugnatam civitatem prid. Non. Sept. obiit ex apoplexia Solymanus; mors tamen ejus celata eſt à Mahomete Baſſâ Selimi genero, donec in Aſiâ agens Selimus, & coronaretur Conſtantinopoli, & veniret in Hungarica caſtra, intentato medicis & famulis metu pœnæ graviſſimæ, ſi mors Principis vulgaretur. Quo facto militares inhibitæ ſunt turbæ, ſervatus Solymani Theſaurus, alioqui diripiendus. Succeſſit ergo Patri annos natus quadraginta duos Selimus, multùm corpore, ac moribus diſſimilis patri

tri, qui tamen ejus felicitate uſus, non minùs quàm Pater nomini Chriſtiano terribilis ac pernicioſus extitit.

Auditâ Melitenſi clade unus ex Tammaſi Liberis Babyloniam recuperare conatus eſt, immiſsíſque Bagdetum aliquot ſuis, ab uno eorum proditus, regredi coactus eſt, & inire prælium: in quo ſuorum 9. millia perdidit, ægrè reliqua tria retraxit. Excuſavit hanc expeditionem Tammaſus, quaſi ſe inſcio factam: non credidit Selimus, miſitque legatos qui Bajazetis apud Perſas cæſi ſpolia repeterent; quod cùm unus ex iis præſtaret ſuperbiùs, huic Perſa naſum, & aures amputari juſſit. Hic cùm ad Turcorum fines rediiſſet, etiam juſſu Selimi perdidit caput, ne Perſicam ignominiam Conſtantinopolim deferret. Reliquo vitæ tempore Tammaſus ſatìs feliciter regnavit; quidam è contra fuiſſe infortunatum ſcribunt.

A. 1567. Tandem optatæ diu induciæ ſaltem octennales initæ ſunt inter Maximilianum, & Selimum, minori tamen hujus, quàm illius commodo; cùm Cæſar paulò ante plura occupâſſet loca, quæ in poſſidentium manibus relicta ſunt. Id perfecêre

pre-

Digitized by Google

pretioſa munera à Maximiliano miſſa; ſicque verum quod cecinit Flaccus: *Munera navium ſævos illaqueant duces.*

A. 1570. Inflammato Venetorum armamentario ex pulvere tormentario, vel caſu, vel malitiâ incenſo, Selimus Cypriam aggreſſurus in Ciliciam immittit copias, ab ea inſulâ vix 60. millibus paſſuū diremptā. Invitati ſunt à Pontifice ad auxilium Chriſtiani Principes; hi aut bellum, aut belli metū prætexuêre; itaq; in unos Venetos tanti belli moles incubuit. Tum mortuo Petro Lauredano Venetiarum Duci, ſucceſſerat Aloyſius Mocenicus, qui ſtatim Hieronymum Zanium claſſis præfectum creavit, & magnam paravit claſſem, majorem à Pontifice, Philippo, Auriâ expectavit; ſed tantos illos ſumptus & conatus, Hiſpanorum, & Auriæ cunctatio diſcuſſit.

Interea paratur per otium Turcica claſſis, inſtruitur magnus exercitus, & ducibus Muſtaphâ, Piali, & Hali Janitzarorum Præfecto in Cyprum immittitur, dum Chriſtiani moras agunt, & peſti ſe demetendos objiciunt. Obſidetur Nicoſia olim *Leucoſia* reguli caput in umbilico inſulæ, & intra

45. dies expugnata eſt ex Ducum autorum, & torpore Nicolai Danduli non ſatìs animoſi, qui tamen Urbe captâ fortiùs quàm credebatur, mortuus eſt: animis ex deſperatione collectis. Turci incitati ſuorum damno, qui multi ceciderant, in omnes atrociter ſævière ſine diſcrimine, reliquos in duriſſimam abduxêre ſervitutem, cum multâ præda quam navibus tribus impoſuêre, ſimúlque ſpecioſas Virgines, & Matronas, atque adoleſcentes, ad libidinem. Sed Matrona Cypria immiſit ignem in pulverem tormentarium, quo tres illæ naves implicitæ cum multis Turcis inflammatæ periêrunt; prædam omnem aut ignis abſumpſit, aut mare ſorbuit, caſtiſſimæ mulieris virtute: de cujus nobili deſperatione, nullâ unquam ætate tacebitur.

Eodem die, quo capta eſt Nicoſia, miſit Muſtapha præciſum Dandulo caput ad M. Anton. Bragadinum Famaguſtæ præfectum, quem ſtatim intellexit Dandulo meliorem Ducem, & magis reformidandum. Itaque audito Chriſtianæ claſſis adventu abſtinendum putavit obſidione, & receſſit Limiſſum, decertaturus maritimo prælio,

Digitized by Google

ſi Chriſtiani aleam pugnæ ſubire vellent: At hi auditâ Nicoſiæ jacturâ, cujus causâ venerant, ortis diſſidiis repetiêre patriam ſuam, omnes inglorii, omnes exhauſti ſumptibus, quos tam inutiliter collocatos eſſe meritò doluerunt.

A. 1571. Veneti de ſua Cypro ſolliciti, quàm honeſtis poſſunt, cum Selimo conditionibus depaciſci conantur: nihil obtinent; quarè ad reſiſtendum ſe fortiter parant; atque inſulam nonniſi cum ultimo Reip. periculo deſerere ſtatuunt.

Intereà labore Pii Pontificis conciliatur inter Principes Chriſtianos adverſus Ottomanum Societas, decretæ 200. bellicæ triremes, 100. Onerariæ, peditum 50. equitum ſupra quatuor millia, cum bellicis tormentis plurimis; Luſitani & Franci Indicum, & Hæreticum prætextuêre bellum, non minùs Eccleſiæ, quàm Ottomanicum, ſalutare. Interim Famaguſta impugnatur graviter à Turcis dum Pertaus Baſſa, Piali exautorato ob non tentatam Chriſtianorum claſſem, ſuffectus, ditionem Venetam in Occidente depopulatur. Et urbem commiſſam fortiter tutatus eſt Bragadinus,

Digitized by Google

Græciſque ipſis mulieribus inſpiravit animos. Sed demum cùm muri Urbis aut ſuffoſſi, aut verberati tormentis corruiſſent; propugnatores jam pauci integri ſupereſſent, augeretur in dies Turcorum exercitus, auxilii nulla ſpes affulgeret, urgentibus maximè indigenis fœminis, repugnante tamen Bragadino, honeſtiſſimis conditionibus Urbs Turcis dedita eſt: harum tamen nullæ ſervatæ ſunt. Bragadinus fruſtra tentatus de ejuranda religione, vivus excoriatus eſt; ſævitum denique in reliquos Duces & milites atrociter, ob octoginta Turcorum millia in oppugnatione cæſos. Octingenti duntaxat Græci in urbe relicti ſunt; reliqui cùm præſidiariis captivi ſunt abacti; continuâ dierum 70. verberatione feruntur in muros emiſſa eſſe centum globorum millia. Muſtapha triumphans receptus eſt Conſtantinopoli à Selimo qui jam de dividendo inter ſuos Occidente deliberabat; ſed de pelle, nondum captâ ferâ, imprudentiùs agebatur.

Deliberant itaque hoc anno Chriſtiani, cum eo, certamine navali decernere, ejúſque ferociam, faſtúmque retundere. Venit

ergo,

ergo, Joanne Auſtrio Summo Imperatore Chriſtiana claſſis 209. triremium, Liburnicatum Venetarum 6. Celocium 70. in quibus erant armatorum 20. millia ad Echinadas inſulas, benè animata, paratis omnibus vincere, aut mori: pleríſque etiam nobilibus Cruce-Signatis, ut fortiùs vincerent, aut conſtantiùs morerentur. Hâc obſervatâ Chriſtianorum alacritate; dubitârunt de prælio Turci; evicit tamen Piali Baſſæ ferocia, decretúmque certamen. Delectus ab utriſque Naupacti ſinus *le Golfo de Lepante* patens ad 25. paſſuum millia, in cujus medio Echinades ſcopuli hodie *Curzolares*, ingenti victoriâ, ſicut & ipſe ſinus, deinceps nobilitandi. Nunquam utrimque majori ardore ſimul, & arte certatum eſt, quatuor duntaxat horis: tandem Chriſtianis per B. Virginem eſt conceſſa Victoria, mutato de repentè vento, & tormentorum fumo in oculos Ottomanorum delato. Et verò hæc Pio Pontifici revelata eſt, qui ideo Feſtum B. Virginis de Victoria, primâ Dominica die Octobr. recoli voluit, adjuncto huic præcipuo Roſarii feſto, ut eſſet hæc gratiarum actio celebrior,

Digitized by Google

brior, atque diuturnior. Turcorum cæſi 30. millia, capti tria quingenti, duces ferè omnes periêre. Interiit Hali Baſſa, Pertaus ægrè Naupactum fugit; Ochialis inſignis ille pirata Calaber Algeriæ Pro-Sultanus, prætoriâ Melitenſium nave primùm occupatâ, mox perditâ, undequaque circumfuſus Chriſtianis navibus, nihilominus cum 30. triremibus Conſtantinopolim fugit, uſus inſigni ſtratagemate, eluſóque Auriâ, cujus pæne culpâ victoria perdita eſt. Captæ Turcorum naves 117. triremes 15. biremes 13. quinquaginta tantùm evaſerunt, cæteris aut alliſis ad ſcopulos, aut inflammatis: quindecim millia Chriſtianorum ſubducti ſunt remo; erecta Chriſtiana res, Turcica, ſi victores uſi eſſet victoriâ ſuâ, penitùs afflicta & labefactata.

Enim verò jam Turcæ de relinquenda Conſtantinopoli cogitabant; Thracia, Peloponneſus Inſulæ, rebellionem meditabantur. Verùm ſtatim immutata rerum facies, dum Chriſtiani circumſpicere, & mirari victoriam ſuam malunt, quàm promovere. Certè mox eam irriſit Selimus, nihili fecit Tammaſus Perſa, & utrumque fuiſſe vatem oſtendit eventus.

Digitized by Google

A. 1572. Adhortatione Gregorii XIII. qui Pio V. ſucceſſerat, ingens parata eſt Chriſtianorum claſſis, quæ non minorem Naupactinâ Victoriam pollicebatur, ſed eam cunctatio Joannis Auſtrii, & Ochialis Turcicæ claſſis præfecti calliditas evertit.

A. 1574. Sinan Baſſa cum claſſe Turcicâ Tunetum appellit, & expugnato propugnaculo Tunetano, cæſóque Hiſpanico præſidio illud recipit.

Joannes Moldaviæ Waivvoda perfidè à Turcis cæditur. Selimus autem cùm ulteriores progreſſus in Europam volvit, apoplexiâ tactus occumbit, cui Filius ejus natu maximus ſucceſſit, Amurathes III. dictus, annorum 27. qui à nece quinque juniorum fratrum imperium auſpicatus eſt.

A. 1580. Muſtapha Bragadini carnifex ex mœrore, quòd ei Sinanes Baſſa prælatus eſſet ad bellum Perſicum, & in Vicariatu, immò & in eâdem dignitate Achmetes, ſibi conſcivit necem vel veneno, vel nimio melopeponum eſu, dignus ob crudelitatem, qui αὐτόχειρ ſui carnifex eſſet. Sinanes autem, qui mira de bello Perſico pollicitus erat, ita circumduxerat copias, quaſi

quaſi peregrinaturus, non pugnaturus advenisset. Accepit autem & duas clades, in quibus etiam tormenta bellica perdidit. Quarè cùm videret Codabendam ad pacem inclinare, effecit ut hic Legatos ad Amurathem mitteret. Ipſe Conſtantinopoli ſuſceptus magnificè, ridentibus Perſarum legatis in ſuo ſinu qui ejus ignaviæ, & ſtoliditatis teſtes extiterant.

A. 1582. Celebrata eſt Conſtantinopoli circumciſio Mahumetis, filii Amurathis annorum 16. adoleſcentis. Celebrati ſunt ludi varii generis totos 50. dies; in quibus tamen plus barbaricæ pugnæ, quàm elegantiæ mirati ſunt Europæi ſpectatores.

A. 1585. In Syria Ibraimus Baſſa Ægypti præſectus, Maronitas & Druſos populos Chriſtianos vexat. Erant hi Druſi ſeu Truſci Chriſtianorum, tempore Godefredi Bullionii, Reliquiæ, ſolo nomine Chriſtiani.

A. 1588. In Hungaria Chriſtiani menſe Octobri Turcas magnâ clade afficiunt.

A. 1589. Inter Perſas & Turcas decennales induciæ concluduntur. Inter Turcas

quo-

quoque & Polonos Pax componitur interveniente Eliſabethâ Reginâ Angliæ.

A. 1591. Turcæ per horrendas excurſiones in Hungariam, ſed præſertim Illyricum & Croatiam, pacem cum Rudolpho initam turbant: cujus turbæ auctor fuit Haſſanes Baſſa Boſniæ, qui effecit Conſtantinopoli ut bellum rupto fœdere in Rudolphum decerneretur.

A. 1592. Turcæ ruptis ex improviſo induciis, quas cum Imperatore aliquamdiu obſervârant, Croatiam invadunt, Wihitium occupant, multa hominum millia cædunt, & multi in ſervitutem abducuntur & omnia direptionibus & incendiis vaſtant, dum in Germania tardus delectus habetur.

A. 1593. Turcæ ad Siſechium in Croatia cæde 18. millium profligantur à Cæſarianis menſe Junio, qui nihilominùs reparato exercitu Septembri Siſechium expugnant, aliáſque Urbes, ſed iterum ad Albam Regalem cæduntur menſe Novembri, & multa loca amittunt.

A. 1594. Sigismundus Poloniæ Rex anno ſuperiori ad accipiendum Sueciæ regnum

num hæreditarium evocatus, hoc anno (cæſis priùs 30. millibus Tartarorum, qui per Poloniæ fines in Hungariam perrumpere, & cum ducentis equitum millibus Turcis ſe conjungere adnitebantur) Upſaliam proficiſcitur, & Rex ibi Sueciæ coronatur, ſed fruſtra ad fidem Catholicam regnum revocare conatus eſt. Relicto igitur pro Rege Carolo Sudermanniæ Principe, redit in Poloniam. In Italiâ claſſis Turcica Rhegium Calabriæ diripit, ſed à Triremibus Pontificiis repellitur.

Eodem anno alter Frater Imperatoris Mathias Archi-Dux in Hungaria contra Turcas pugnat, & Neogradum occupat, Jaurinum (Rab vocant) amittit turpi Comitis Hardechii deditione, qui eâ de cauſa ab Imperat. capite cæſus eſt.

A. 1595. Comes Mansfeldius Strigonium in Hungaria obſedit, in quod dum Turcæ parant immittere præſidium, 10. ſuorum millia cum ſignis & tormentis perdiderunt. Verùm eo die Mansfeldius morbum contraxit ex quo obiit. Eo mortuo in Caſtra venit Mathias Archi-Dux, venit & Vincentius Conzaga cum 300. equitibus.

Digitized by Google

ſe pedibus totidem; quarè poſt varia c
tamina deditum eſt Strigonium, ſecutu
Wiſſegradum, & ſi perrexiſſet, eodem i
petu occupaſſet Budam.

A. 1596. Sigiſmundus Batorius Tra
ſylvaniæ Princeps Pragam ad Cæſarem R
dolphum venit, cui Cæſar ampliſſim
auxilia contra Turcas promittit, & Pon
ficius Legatus in ſingulos menſes 40. mil
aureorum pollicetur.

Mahometes Tertius Turcarum Impe
tor Hungariam aggreditur, & Agria
capit.

Eodem anno Sigiſmundus Temeſvva
am olim munitiſſimum oppidum, tunc B
ſæ Turcici ſedem obſedit, ejúſque labe
ctatis mœniis, cùm Tartari in eum irru
ſent, nec promiſſa Cæſaris venirent auxil
in ſuam ſe ditionem recepit.

A. 1597. Maximilianus Archi-Dux C
ſariani Dux exercitûs, Tattam oppidum
Turcis occupatum dolo, recepit, vi expu
navit Pappam cum arce. Sed ad Turcaru
adventum receſſit. Hi ergo iterum cepê
Tattam (ſed deditione) in qua ſe acerrin
defenderunt Cæſariani. Nec plura hoc a

no tentârunt Ottomani ob Baſſarum diſcordias & Janitzerorum tumultus. *Sigismundus* interim fruſtra exſpectatis à Cæſare auxiliis, ſelectum militem miſit, qui pontem impoſitum *Savo* dejiceret ad *Belgradum*; ipſe nervus Temeſvvariam obſedit, hyemis tamen aſperitate eam delinquere coactus; captis aliquot oppidis minoris momenti: ut levaret utcunque dedecus, & ignominiam urbis tam ſæpè fruſtra tentatæ.

A. 1598. Idem Sigismundus poſt plurima contra Turcas & Hæreticos præclarè geſta, neſcitur quo morbo veluti faſcinatus, mutato vitæ inſtituto menſe Aprili, uxorem Chriſtiani Archi-Ducis filiam relinquit, & ditionem de conſenſu Ordinum Rudolpho Imperatori cedit, acceptâ Sileſiâ cum annuâ penſione 50. millium aureorum, ſed paulò poſt pœnitentiâ ductus Claudiopolim rediit.

A. 1599. Conſtantinopoli igitur à Turcis de adimendo Chriſtianis ſepulchro Chriſti Domini, & donariis, quæ ibi liberalitate Principum Chriſtianorum habentur auferendis; ſed hoc conſilium auctoritate

tate ſuâ & rationibus diſcutiunt legati Venetorum, & Regis Galliarum.

Eodem anno Sigiſmundus reſciſſo contractu cum Rudolpho Imperatore Principatum Tranſylvaniæ transfert in Cardinalem Andream Battorium, patruëlem ſuum; ſed hic ſtatim à Michaële Walachiæ Waivvodâ appetitus profligatur, in fugâ à ruſticis interimitur, & Tranſylvania in fide Imperatoris confirmatur.

Tentata pax inter Turcam & Cæſarem coaleſcere non potuit, disjecto itaque conſilio pacis, Turci ac Tartari Chriſtianorum terras diripuêre, & innumerabilem captivorum multitudinem abduxêre cum pecoribus & armentis, Chriſtiano exercitu cum ſegni Duce ſuo tantas clades in caſtris ſuis fermè otioſo ſpectante.

SÆCULUM XVII.

Ab anno 1600. *ad* 1700.

ANno 1600. In Hungariâ Turcæ Caniſiam menſe Septembri obſidione cingunt

gunt cum ducentis millibus armatorum, ac licèt in auxilium veniſſet Philippus Emmanuel Dux Mercuriatus è Domo Lotharingicâ, (qui poſt extincta in Galliâ bella civilia, ad Imperatorem profectus, exercitûs ejus adminiſtrationem ſuſceperat) tamen, quòd commeatu deſtitueretur, poſt crebras velitationes cum Turcis factas; & aditum in urbem fruſtra multoties tentatum vigeſimâ Octobris, quæ erat quadrageſima quinta obſidionis dies, cum ingenti Chriſtianitatis damno Turcis traditur, quo tempore Sigiſmundus Battorius rursùs Tranſylvaniæ principatum reſumpſit, ſed à Michaële Waivvodâ Walachiæ, qui tunc Cæſaris partes ſequebatur, magnâ clade afficitur, ac paulò poſt idem Michaël quod eam Provinciam ſibi ac filio firmare cuperet, & propterea clandeſtina cum Turcis & Tartaris conſilia iniret, revocatur ab Imperatore, & in locum ejus mittitur Georgius Baſta, qui Tranſylvaniam in fide Imperatoris retinuit; & demum Sigiſmundus interveniente Clemente Pontifice, receptus in gratiam ab Imperatore, Pragam ſe recipiens, ibi tandem mortuus eſt.

Digitized by Google

A. 1601. Ferdinandus Archi-Dux cum ingenti exercitu Caniſiam anno ſuperiori amiſſam duobus menſibus obſedit; unde pluviis probè elutus & frigore torpeſcens receſſit. Felicior ibidem Mercurius fuit; nam & Albam Regalem cepit, & accedentem, ad eam recuperandam, Turcam profligavit.

A. 1602. Quarè hoc anno, magna gratulatione à Rudolpho Imper. ſuſceptus eſt Pragæ, ob bellum feliciter confectum; dum autem redire parat in Galliam, ut hìc conficeret equitatum ad domandos Turcos idoneum, Norimbergæ acutâ febra correptus interiit. Auditâ ejus morte, Ottomani Albam Regalem receperunt, Chriſtiani vice versâ tentârunt Budam; ſed huic oppoſitum Peſtum duntaxat obtinuerunt, cum ingenti præda Germanorum, & gloria Caroli Conzagæ, qui hìc fortiter depugnans illuſtri plagâ vulneratus eſt.

A. 1603. In Hungariâ Chriſtianus Exercitus Duce Colnitio Turcas prælio profligat, & Chriſtiani Hatuanum recipiunt.

Moyſes Siculus Arianæ ſectæ, Turcarum copiis Tranſylvaniam occupat,

&

& Catholicam fidem ibidem evertere conatur, ſed à Georgio Baſtâ, Cæſarianarum copiarum Duce iteratò profligatur, ac tandem interimitur:

Dum Conſtantinopolitani tumultuantur, & cubicularii Mahometis tanquam Auctores malæ adminiſtrationis interficiuntur; Mahometes III. paulò poſt extinguitur, cùm priùs uxorem aquis, filium primogenitum laqueo ſuffocâſſet; illi Achmetes annum ætatis decimum quartum ingreſſus ſuccedit; cujus tamen frater minor occiſus non eſt ex Turcicâ conſuetudine, ſed in carcerem datus, donec frater filium genuiſſet.

A. 1604. Turcæ receperunt hoc anno Peſtum atque Hatuanum, loca Panico metu à præſidiariis Chriſtianis deſerta.

Stephanus Boſtkajus Tranſylvaniam invadit, & magnam ejus partem ſibi appropriat, adjuncto Bethleemo Gabore contra Cæſarianos audacior effectus. Quem etiam paulò poſt, Tranſylvaniæ Principem, Regem dixit Ottomanus coronâ miſſâ, quæ Ladislai Hung. Regis fuiſſe ferebatur, ut

quo-

quoties Rex diceretur (niſi ingratus audire vellet) Turcorum meminiſſet.

A. 1605. Turcæ in Hungariâ occupant Strigonium. In Moſchoviâ Demetrius frater Theodori Ducis Moſchoviæ adjutus â Polonis ſolium Ducale conſequitur.

A. 1606. Boſtkajus morbis conflictatus videns res Ottomanorum turbatas, pacem cum Rudolpho init. Ejuſdem operâ induciæ vicennales Achmetem inter & Rudolphum initæ; quibus juratis obiit ille anno exeunte.

A. 1610. Abaſſus Perſarum Rex adversùs Turcas expeditionem ſuſcepit, eis Babylonicam provinciam eripuit, cæſis eorum 20. millibus.

A. 1612. In Tranſylvaniâ graves turbæ ab Andreâ Giezio excitantur, qui principatum ſibi ab Achmete contra Battorium impetravit, Battorio intereà ſub Mathiæ Cæſaris tutelam confugiente, ab eóque auxilia poſtulante.

A. 1613. In Angliâ Triremes Hiſpaniæ & Ducis Hetruriæ, excurſione in Aſiam minorem factâ, multas clades Turcis inferunt, multóſque Chriſtianos captivos liberant.

Co-

Digitized by Google

Coſacci variis modis Turcas infeſtant, multiſque cladibus afficiunt.

Gabriel Battorius à Gabriele Bethlemo ope Turcarum profligatus ex improviſo trucidatur. *Sigiſmundus* autem Battorius, quondam Tranſylvaniæ Princeps poſt ſæpiùs depoſitum, & ſæpiùs magnâ animi levitate reſumptum principatum, tandem Pragæ apoplexiâ moritur.

A. 1616. Fatalis hic annus fuit Turcis, nam in mari mediterraneo cæſi ſunt ab Hiſpanis ſeorſim, & iterùm à Florentinis & Melitenſibus junctim, in Aſiâ à Perſis, in Maotide â Coſaccis.

A. 1617. Moritur Achmetes Turcarum Imperator, ſuccedente eidem Oſmane filio.

Abaſſus Perſarum Rex aliquot Chriſtianos Principes ad ſuum Mahumetem fruſtra pertrahere conatur, ideo per inſidias illos è medio tollit, aliis autem vitam ſervavit, qui hanc Deo & religioni prætulerunt inter principes enituit Catharina, chriſtiana, quæ per tormenta Martyribus debitam palmam præripuit.

Turcæ in mari Mediterraneo 19. naves, quæ tributum ex Ægypto Conſtantinopolim

lim vehebant, mari hauſtas maximo damno amittunt.

A. 1619. Interea Gabriel Bethleemus Tranſylvaniæ Princeps cũ Rebellibus Boëmis confœderatus, in Ferdinandum inſurgens in Hungariam irrupit, ac crudeliſſimè in Catholicos ſævüt, diadema etiam, quod Poſonii (ſive Presburgi) reperit, ſibi impoſuit.

A. 1620. Poloni in Walachiâ, & Moldaviâ primò Victores, deinde victi & à Turcis, & à Tartaris Præcopenſibus profligantur.

Turcarum claſſis Manfredoniam Urbem in Apuliâ diripit, & plurimos Chriſtianos captivos abducit.

A. 1621. Oſmanes Turcarum Imperator centum millibus ſuorum gladio, totidémque morbis & aliis caſibus abſumptis inglorius Conſtantinopolim regreditur.

In Hungariâ Gabriel Bethleemus pacem cùm Cæſare iniit, & coronam Hungariæ reſtituit.

A. 1622. Oſmanes à Polonicâ expeditione redux, dum majora molitur, quàm ejus ætas, aut ratio poſtulat, à Janizaris

Da-

Damaſcum transportatur, & Muſtapha ejus patruus rurſus ad imperium evocatus, adminiſtrationem ſuſcipit, qui mox Vezirium Dilavez trucidari & Oſmanem ſtrangulari curat.

A. 1624. Tartari Podoliam & Bruſſiam nigram vaſtantes, à Polonis, & Cæſareis magnâ clade afficiuntur.

A. 1626. Conſtantinopoli Cyrillus Patriarcha ex Turco, Græco, Calviniano compactus verſi pellis homo miſit Græcos adoleſcentes in Hollandiam, qui poſtmodum per Græciam, quod in Hollandiâ combiberant, Calvinianum virus ſpargerent.

A. 1628. Conſtantinopoli Legati Angliæ & Hollandiæ ſatagunt, ut inde Patres Societatis JESU expellantur, præſertim quod hi reſiſterent hæreſi ibidem vulgari Linguâ promulgari cæptæ, ſed incaſſum laborârunt, legato Galliæ juſſu Regis eoſdem protegente.

A. 1629. Moritur Bethleemus, & Cæſaris, in teſtamento memor eſt, cum quo anno præterito pacem & fœdus iniit, defuncto

functo autem in principatu. Tranſylvaniæ ſuccedit Georgius Rakotski.

A. 1630. Bagdetum hoc anno tentârunt Turcæ Duce Viziro Coſerono, qui multis ſuorum amiſſis redire compulſus eſt.

A. 1638. Claſſis Veneta 17. triremes Piraticas Turcarum in mari Adriatico debellat.

Amurathes Turcarum Imperator bello Perſico occupatur.

Hoc etiam anno Patriarcha ille Græco-Calvininianus, Conſtantinopoli conjectus in carcerem eſt, ad fauces Boſphori (Caſtrum ſeptem Turrium dicunt) atque ex Turri in mare præcipitatus.

Poſthæc Bagdetum rurſus obſedit Amurathes, & 40. dierum oppugnatione verberatum expugnavit exeunte Decembri, deſideratis tamen ſuorum 40. millibus.

A. 1639. Amurathes Turcarum Imperator Muſtapham avum ſuum diu in carcere detentum necari jubet, & vovet Mahometi ſuo ſe enſem non depoſiturum, uſque dum Chriſtianos imperio & legi ſuæ ſubjecerit; ſed improviſo caſu adeò debilitatus

eſt,

Digitized by Google

eſt, ut depoſitâ ferociâ pacis conditiones facilè admiſerit.

A. 1640. Tartari & Moſchi mutuis ſe excurſionibus carpunt & atterunt.

Moritur 6. Id. febr. anno ætat. 32. Imper. 17. Amurathes IV. Turcarum Imper. ex crapula, cùm apud Vizirum vino ſe ingurgitâſſet & aquâ vivâ, contra Votum ſuum, quod coram ſuo Muphti nuncupârat, ut arthritidem leniret, quâ cruciabatur.

A. 1644. Georgius Ragotzki Tranſylvaniæ Princeps ſollicitante Sueco, & prædicantibus Calviniſtis inſtigantibus, Hungariam invadit, mox Caſſoviam occupat, non deditione, ſed proditione Hæreticorum: & non multò poſt eidem tota ferè Hungaria adhæret, Catholicis in fidelitate erga ſuum Regem perſeverantibus, cum quibus Buchemius, ſeu Buquoius Dux Cæſareus, licèt paucis inſtructus copiis, ſed animis ingentibus & prudentiâ impetum hæreticorum fortiter repreſſit, & anno ſequente, eundem Georgium mulctatum ad pacem compulit:, quam avidè Cæſar recepit, ad depellendos ex Germaniæ viſceribus Suecos ſapienter intentus.

Po-

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCIPES T

Ex Domo R

SIGISMUNDUS Ragoczy. 1

GEORGIUS Ragoczy I. 1630. I
NN. Stephani Bethlehem filia. 1

GEORGIUS Ragoczy II. 1648. conciſus à Turcis 1660. 6. Jun. Ux. SOPHIA Bathor.

FRANCISCUS Ragoczy, privatim
tri de SERIN filia. Conjux 2. EMME
rum 1672. Capta in Mongatz 16
à Turcis 1695. captus † 1705.

FRANCISCUS LEOPOLDUS Rag
Cuſtoditus 1701. evadit 1701. 8.
Uxor. CHARLOTTA AMALIA, Land
vij Haſſo-Wanfried. Filia nat. 8. M
1679. deſponſata 26. Sept. 15
Coloniæ.

Digitized by Google

TRANSYLVANI

AGOCZY.

606. abdicavit Regnum 1608.

Princeps Imperii 1630. † 1648. Ux.
Ux. 2. SUSANNA Comitiſſa de Loranſij.

SIGISMUNDUS Comes in Mongatz
† 1652. Ux. HENRIETTE MARIA, filia
Elect. Palat. FRIDERICI V. 1651.

vixit. † 1681 Uxor. HELENA, Comitis Pe-
RICHS TÖCKELY, Caput malè Contento-
688. eliberata 1691. † 1703. Töckely

ocзy
Oct.
gra-
Mart.
94.

JULIANA BARBARA, capta
in Mongatz, deducta Viennæ in
Monaſterium 1688. Conjux Co-
mes FERDINANDUS GOBERTUS ab
Aſpermont 1691. † 1706.

Digitized by Google

Digitized by Google

Poloni Tartaros Tauricos, qui collectis equitum quadraginta millibus in Podoliam irruperant, ingenti clade repellunt, quos Podolienſes, Moldavi, Coſacci, Zaporavenſes, penitùs poſtmodùm delevèrunt.

A. 1645. Turcæ Venetis bellum indicunt, & Cretam Inſulam, Venetámque ditionem invadunt Caneam munitiſſimam urbem ex inopiâ commeatûs occupant, non quia fortes, ſed quia rerum copiâ circumfluebant.

A. 1646. Thomas Moroſinus Venetus bis Turcos prælio navali vicit, exegítque tributum âb Inſulis Ægæi maris, ſed Turcæ viribus nauticis reparatis in Cretam reverſi, Caneam à Venetis obſeſſam liberavêre & inſtruxêre commeatu.

A. 1647. In Dalmatiâ Veneti proſperè bellum gerunt cum Turcis.

A. 1648. Ibraimus Turcarum Imperator minitans Janitzaris, ab iiſdem chordâ arcûs præſocatur. Moritur quoq; Georgius Ragotzki Princeps Tranſylvaniæ.

A. 1649. Veneti feliciter pugnant contra claſſem Turcicam ſub præfecto Jacobo

de Rivâ, qui in portu Foggiano deprehenſam Conſtantinopolitanam, Africanæ, & Rhodienſi claſſi conjunctam tormentis appetere cæpit, & quinque naves hoſtiles depreſſit; cúmque navis præcipua, & maxima, plena pyxidibus pyrobolariis flammam concepiſſet, Centurio Jacobus Santorinus ad eam enavit, funes præſcidit, eámque inflammatam in Turcicam claſſem immiſit, & in columis ad ſuos redivit; Turcarum autem multi flammis abſumpti, plurimi fluctibus hauſti, & Jacobus audaciæ ſuæ magnum à Senatu præmium retulit. Ibraimo Turcarum Imperatori à Janitzaris anno priore interempto ejuſdem filius Mahometes annorum ſedecim ſucceſſit in Imperio.

A. 1650. Veneti adverſus Turcas in Cretâ Inſulâ proſperè certant.

A. 1651. In Hungaria parvum Comortinum à Turcis irrito conatu impetitur.

Veneti feliciter contra Turcas bellum continuant.

A. 1652. In Hungariâ Turcæ menſe Auguſto magnâ Chriſtianorum clade in comi-

comitatum Nittrienſem irrumpunt, Cæſar autem Ratisbonæ Comitia indicit.

A. 1653. Veneti claſſem Turcicam vincunt & non exiguâ afficiunt ruinâ.

Turcicum Imperium turbatur, verùm de more tumultus iſte paucorum Procerum cruôre extinguitur.

A. 1655. Imperare cepit Mahometes IV. annorum 13. & menſium 4. adoleſcens, ab hoc autem tempore per Vizirium & Baſſas Imperium adminiſtratum eſt. Quarè in eo ſtatim tumultuatum, demeſſa multis capita, nervo fauces eliſæ, Janitzari autem & Spachii, uberiori ſtipendio ad bellum Venetum incitati.

Eodem anno victi ad Seſtum Abydúmque Turcæ per Venetos, locum hunc ſuâ clade, quàm fabuloſo amantis naufragio celebriorem reddiderunt. Hanc victoriam magni fecit Eccleſia, eâque ſe utcunque ſuas inter clades conſolata eſt.

A. 1656. Laurentius Marcellus Venetus ad Dardanellas Turcos profligavit, ſed globo tormenti bellici contractus interiit. Bardoërius ejus locum occupans claſſem Turcicam penitus depreſſit; victoriæ du-

plicis præmium fuit occupata Tenedos, cui & Lemnos acceſſiſſet ſi vel tentata foret.

A. 1657. Turcæ Tenedon Inſulam Venetis eripiunt, candémque ſortem experta eſt Inſula Lemnos, antea quoque facta Venetici juris.

A. 1658. Tartari & Turcæ Tranſylvaniam depopulantur. Baſſa Aleppenſis in Ottomanum Sultanum cum 40. millibus armatorum multis Baſſis conſpirantibus rebellat, quæ tamen rebellio anno ſequente multorum cæde diſſipata eſt.

A. 1659. Veneti feliciter pugnant contra Turcas, & veniunt victores uſque ad Dardanellas ſive fauces Helleſponti mari Ægæo intercludendas.

Quo etiam tempore Ragotzius Tranſylvanus victus à Baſſa Budenſi ſuorum 4. millia cæſos perdidit, 2. millia vidit abduci captivos, neque tamen ſpem abjecit; & victus & victor factus terror Ottomanorum.

Mittit quoque Auguſtiſſimus Imper. Leopoldus die 27. Maij Conſtantinopolim legationem ſuæ coronationis & inthronizationis nunciam.

Baſſa

Digitized by Google

Baſſa Aleppenſis cum 30. Ducibus rebellibus capitur, quorum præfixâ contis capita Conſtantinopoli è regione Turcici Palatii (*Serallium* vulgò dicunt) diro ſpectaculo crudelem Sultani animum refecerunt.

A. 1661. In Hungariâ Turcæ arcem S. Jobi occupant; & Joannes Kemminius in Principem Tranſylvaniæ eligitur: atque Achatius Barcſay Turcarum ope intruſus, ab ipſis Tranſylvanis interficitur; Princeps autem Ragotzkius fidem Catholicam amplectitur.

Exercitus Cæſarianus Tranſylvaniam ingreditur in ſubſidiũ Principis Kemminii, qui tamen eodem anno per ſuorum proditionem occiditur.

Hoc anno Veneti quoque Melitenſibus triremibus conjuncti Octobri menſe celebrem de Turcis victoriam retulêre. In hoc certamine Equitum S. Joannis virtus potiſſimùm enituit. Bis mille quingenti Chriſtiani vinculis exempti ſunt, eorum loco adſtricta Turcarum tria millia.

Item ad Belgradum conveniſſe dicuntur Turcorum 150. millia, cujus exercitus Ro-

rarii duos pagos incendêre. Horum locorum Dominus, Serinus Comes, in eos progreditur ulturus injuriam vel fraude vel virtute. Janoſius monitus epiſtolam ſuam à Sultano amicè receptam eſſe, ſtatim ad eum miſit quingenta Thalerorum millia; ſicque omnia fauſta ſperare juſſus. Ubi autem res ſuas in tuto collocatas vidit, Turcam ejuravit, in clientelam Imperatoris tranſiit, perſolutis 500. florenorum millibus, ut ejus armis defendatur. At ſtatim Turcus ultor adfuit, ſed malè à duobus hiſce Waivvodis mulctatus.

Turcæ in Tranſylvaniâ occupant tranſitum *ferream portam* dictum, quos Comes Nicolaus Zrinius in Croatiâ profligat, ſimiliter Sultan Ibrahim cum viginti millibus ſuorum in Dalmatiâ à Venetis cæditur.

Cham Tartarorum Moſchoviam cum 200. millibus armatorum invadit, interim peſtis depopulatur Conſtantinopolim.

A. 1662. In Croatiâ Turcæ magnâ ſuorum ſtrage à Zrinvarino repelluntur, & irrito conatu obſident Claudiopolim Tranſylvaniæ urbem.

A. 1663.

A. 1663. Hactenus Turca in Hungaria ſuis Baſſis rebellibus domandis detinebatur, quibus ſubactis audaciùs & atrociùs irrumpere poſſet, & Tranſylvaniam, quam ſpe jam devoraverat, cum aliis ſibi ſubjicere; ideo dubiis reſponſis hactenus ſuſpenſum tenuit Leopoldum, at nunc aperto bello aggreditur Hungariam, & cum ingenti exercitu quinquaginta equitum, & peditum centum millibus regnum illud inundat: Tartaris Moraviam, & aliam Hungariæ partem depopulantibus; ac primùm cæſis noſtris temerè confligentibus Vivarinum (Neuhäuſell) obſidet, & 26. Septembris ad deditionem cogit. Leopoldus autem nihil intentatum pro conſervando regno relinquit, mittit proinde legatos in Galliam, Angliam, Daniam, Sueciam, Hollandiam, Pruſſiam, Poloniam, ad auxilia contra communem Chriſtianitatis hoſtem corroganda, & ipſe ad Comitia Ratisbonam contendit; Viennam interim muniri curat, & ſuburbia, quæ hoſti prodeſſe poſſent dirui, denique omnia officia optimi Imperatoris explevit, ſed minora auxilia & ſubſidia, quàm Zelus Chriſtiani nominis &

ò s ipſa poſtulavit, à pleriſque Principibus Chriſtianis, & quod maximè mirère ab iisdem, quorum maximè res agebatur, impetravit; eodem namque anno Turcæ Levam, Novigradum & Nitriam occupant. Arcem interim S. Benedicti, Abbate Petro Korompay ſtrenuè contra omnes hoſtiles impetus conſervante.

Eodem anno Vizirus Belgradum jam acceſſerat cum quinquaginta equitum, peditum centum millibus, qui ex Thracia educti eſſe perhibentur; ſed aquis impediti jam parum profecêre eorum tormenta bellica ſic infixa luto, ut aut frangenda, vel infodienda judicentur. Vienna nihilominus rebus omnibus, etiam cibariis, inſtruitur quaſi ad vicinam obſidionem.

A. 1664. Munimentum Turcicum Turbeck ſive Torpech, ubi Solymani ad Sigethum mortui cor, & inteſtina condebantur, ab Hohenlohe & Zrinio incineratur; poſt hæc die 1. Februarii arce Terracâ armatâ manu expugnatâ, incenduntur à Zrinio pontes Eſſeckiani, opus ab arte & à robore inter miranda orbis jure cenſendum. Sub eadem tempora durante obſidione arcis

cis Quinque-Eccleſienſis timore perculſis & fugâ dilapſis Turcis, Caſtella Muſiacum, Neoſtadium, Sethum, Bardaran, Sechzugium & plura alia ceſsêre in ſpolium victoribus: die 17. Aprilis Cæſareus Belli-ductor Rudwigius de Souchez cum decē millibus obſidet Nitriam Hungariæ fortalitium, & quinto Aprilis Turcas ad deditionem cogi. Die 28. Aprilis obſidetur Caniſa ab *Hohenlohio*, *Zrinio*, *&* *Strozio*. Verùm primâ Junii numeroſo Turcarum exercitu obſeſſis in auxilium advolante, Cæſarei ab obſidione recedunt eventu animis non reſpondente. Die 19. Junij cæduntur Turcæ ad Levam à Soucheſio, occumbunt hoſtium ſex millia in acie, plures fugâ diſſipati, amittunt ducenta vexilla, quadraginta tympana, tredecim tormenta, mille currus annonarios.

Die 1. Auguſti cæditur Turcicus exercitus ad S. Gothardum ſub excellentiſſimo Generali Cæſarei exercitûs Comite *Montecuculi*, cùm paulò antè Turcæ Neo-zrinium occupâſſent; ideò arcis illius defenſionem negligentibus Cæſarianis & jacturam illam diſſimulantibus, quòd eam Zrinius Comes

absque Cæſaris conſenſu tumultuario opere conſtruxiſſet, & eâ potiùs ad prædas coacervandas uteretur, quas à ditione Turcicâ inquietus etiam in pace miles abigebat, quàm quòd Regionis Chriſtianæ juſtæ ſecuritati inſerviret; hujus porrò munimenti expugnatio occaſio fuit Cæſareæ victoriæ, atque pacis conſecutæ. Præfectus enim Turcicus auctis jam animis cum in Auſtriam irrumpere tentat, reſque tota in tranſitu Arrabonis fluvii verſari videretur, cúmque jam magnâ ex parte Turci tranſiiſſent, & impetum in Chriſtianas copias feciſſent, res ad cruentam pugnam pervenit, in quâ ſedecim millia Turcarum perierunt, dum flumen aut trajicere, aut tranſitum ſociis ſternere conati ſunt. Inſignis hujus victoriæ non ſpernendam partem ſibi attribuunt auxiliares copiæ Galliæ in Hungariam à Rege Ludovico ſub Comitibus Foliadeo, & Colineo tranſmiſſæ, quorum opera veterano Germanorum robori adjuncta (aliquot jam turmis novi delectûs diſſipatis) pugnam non tantùm reſtituit, ſed illuſtri etiam triumpho fœderatum exercitum cumulavit. Eodem die

Dux

Dux Souchesius Barackanum quoque Turcis ereptum incineravit. Poſt hanc victoriam pax inopina ſeu potiùs Armiſtitium viceennale Cæſarem inter & Turcam in caſtris Turcicis propè pagum Vaſvar, concluſum eſt.

A. 1665. Leſleus Cæſareus legatus in comitatu 350. ſtipatorum mittitur ad Turcarum Imperatorem die 6. Maij pro armiſtitio 20. annorum ſtabiliendo; qui die 10. Decembris legatione ſuâ Conſtantinopoli perfunctus, ante abitum ſuum à Turcarum Sultano ampliſſimum Diploma impetravit in favorem PP. Societatis JESU, quo ipſis tum contra Turcarum, tum etiam contra Græcorum exactiones & moleſtias ſecuritas data & ſtabilita eſt. Obtulit in hac legatione Leſleus nomine Cæſaris, auri argentique ſupellectilem undecim millia librarum pondo, quam liberalitatem Sultanus miſſo quoque Turcico Oratore Viennam compenſavit tentorio, tapetibus, equis, ephippiis, & armis non inconcinnè pro gentis ferocis imperitiâ fabrefactis. Ingreſſa eſt autem Viennam Turcica legatio ſtatim die 8. Junij.

Famoſo incendio redeunti ex Hungariâ Mahometi Conſtantinopolis illuxit, quo aliquot domorum millia abſumpta ſunt, & totum Regiæ matris gynæceum conflagravit, in quo immenſum Gemmarum, & pretioſæ ſuppellectilis pondus periit.

Pater Dominicus Ottomanus, Ordinis Prædicatorum, frater Imperatoris Turcarum, & primogenitus Ibrahimi (qui anno 1644. captus fuerat ab Equitibus Melitenſibus cum Sultanâ Matre in itinere versùs Mecham:) Pariſios venit & ibidem à Rege honorificè excipitur.

Primò anno pacis cum Turca initæ datum eſt initium primâ ligonum applicatione novo in Hungariâ fortalitio *Leopoldo-Politano* exſtruendo in locum Neoſolij (ſive Neuhäuſell) quod vi pacis contractuum relictum fuit in poteſtate Turcarum, eâ conditione, ut loco illius aliud à Cæſare munimentum, non contradicentibus Turcis, exſtrui poſſet confinibus Auſtriæ tuendis.

A. 1666. Candia jam anno ſuperiore à Turcis exagitari cæpta, nunc fortiùs affligitur præſidiariis Venetis fortiter propugnantibus,

Digitized by Google

mantibus: triremibus autem Venetis, Ponti ficiis, & Melitenſium Equitum non eâ, qu pareat, concordiâ, fidelitate & celeritate auxilio venientibus.

A. 1667. Vizirius in Cretam trajicit, & Candiam obſidentibus Turcis animos au get copioſis militum ſuppetiis & largitio nibus; & nunc tandem, quæ eminùs tan tùm & mitiùs premebatur, nunc novo ro bore ſtrictiùs arctat, & fortiſſimâ obſidio ne claudit & oppugnat ſtrenuè Venetis re ſiſtentibus.

Poloniæ quoque Turcæ bellum inten tant, præmiſſis Tartaris ad regni illius in vaſionem: Rex autem Caſimirus priva tam vitam ducturus, regno renunciat; pro cujus ſucceſſore pars magna inclinat in fi lium magni Ducis Moſchoviæ, eâ condi tione, ut rejecto ſchiſmate Catholicè pro fiteretur.

In Hungariâ conjuratur hoc anno in Cæſaris Leopoldi caput ab aliquot regn Hungarici Proceribus; poſtquam inſidia jam in caſſum ſtruxerant, uſi occaſione illâ quando Cæſar ſponſæ ex Italiâ properant levi famulorum manu ſtipatus occurrit pe

Styri-

Styriam: quâ ſpe deluſi nunc arctiori fœdere ad novas machinationes conſtringuntur.

A. 1668. In Turcarum caſtris ad Candiam peſtis graſſatur, ſtrenuè adhuc Venetis rem ſuam tùm intus tùm extra Candiam agentibus. Præcipuam tum laudem retulit Venetæ claſſis præfectus Laurentius Cornelius, qui duodecim triremes Durachi Beij, grandis famæ piratæ Turcis in auxilium ad obſidionem cum commeatu properantis in portu Fodellæ inopinato aſſultu ſub noctem accenſis facibus piceis adhibitis invaſit, & occiſis plurimis infidelium, ac pluſquam mille Chriſtianis in libertatem aſſertis, & eorum pluribus infidelibus vinculis & captivitate mancipatis, navibus immerſis partim, ac partim interceptis; glorioſam victoriam reportavit. Haud abſimilem virtutem & felicitatem oſtenderunt Melitenſes Equites contra Turcicæ claſſis Archithalaſſum, qui in Cretam vela faciebat.

A. 1669. Varia undique à Principibus Chriſtianis auxilia ſubmittuntur Venetis, quæ obſeſſæ Candiæ immitterent; nec defuit

fuit Rex Chriſtianiſſimus, qui afflictæ Chriſtianitati pro Candiâ conſervandâ ſeptem millia peditum, & quingentos equites ſub Franciſco Vindocinenſi Duce Belfortio Galliæ Archithalaſſo, & vexillis Pontificiis in Cretam deſtinavit eâ omnium gratulatione & plauſu, & quaſi ad urbis obſeſſæ liberationem omnes geſtirent; feliciter quoque & copiæ, & pecuniaria ſubſidia jam Candiam appulſa erant, & ut majori affectu vires in hoſtium perniciem copiæ auxiliares explicarent, Gallis ſuadebatur, ut pari conſenſu & robore cum cæteris auxiliaribus certarent, & victoriam operarentur; gens autem hæc impatiens moræ & individuæ gloriæ cupida, dum die 24. Junii in caſtra obſidentium erumpit, & alacri certamini hoſtibus incumbit, & multiplici jam damno attritis acriùs inſiſtit, inopino caſu nitrati pulveris cado accenſo primùm trepidare (quòd ſolum omne ſuffoſſis cuniculis excutiendum putarent) ac deinde pedem retrahere cœperunt; quod ubi Turcæ adverterunt, receptis animis ingenti ſuorum numero ita fugitantes interceperunt, ut eos ſepelire & non expugnare

viſi

viſi ſint, deſideratis mille & ampliùs Gallis, etiam perdito Duce Belfortio, qui ita contritus inter cæſos jacuit, ut nulla pars, quâ agnoſceretur, inveniri potuerit. Die poſtmodùm 24. Julii ab universâ Chriſtianorum Claſſe ad Cretam in Turcas *obſeſſores* pugnatum eſt, numerabantur autem præter naves Venetas inſuper 29. Triremes, ſeptem ſcilicet Pontificiæ, & totidem Melitenſes, & quindecim Gallicæ: decreta tunc erat eruptio ex urbe decem millium militum, ſi tormentorum ruinâ ex navibus barbari à littore infeſtarentur, ut ſic utrimque imminente cæde diſtracti ac confuſi vincerentur. Sed re perpensâ, quod periculum majus viſum eſſet, quàm ſpreta victoria, ſolo navium inſultu hoc die res peracta eſt, præſidiario milite intra muros ſe continente: cúmque Candia poſt hæc indies majores in anguſtias redigeretur, Maurocenus, cui rerum in Urbe ſumma incumbebat, inito conſilio cum *reliquis* Ducibus ſtatuit partem urbis exſcindere, & reliquam tantò fortiùs retracto *in illam* præſidiario milite tueri, & ſic nova auxilia, quæ à portu Veneto ſoluta ſub Duce Mirandu-

randulano advenire dicebantur, tutò exſpectare; ſed Novalea Gallorum auxiliarium Dux, quòd ſibi à Rege Ludovico præſcriptum moratum tempus præterire non poſſet, cauſatus, neglectis omnium Ducum precibus diſceſſum ſuorum molitur & urget. Diſceſſu hoc Vezirio patefacto, vix Galli naves conſcenderant, tum ille fremente impetu obſeſſos oppugnat, ita tamen exceptus, ut poſt præſidii diminutionem non pariter animos & robur pugnandi diminutum eſſe luculento experimento ſentiret: tandem tamen poſt adventum Mirandulani, qui ex mille & quingentis, quos è portu Veneto eduxerat, nonniſi ſexcentos milites in Candiam intulit, reliquis omnibus variis ægritudinibus in itinere confectis, aut detentis, die 6. Septembris de facienda traditione tractari cæptum eſt, & data eſt barbaris Inſula, exceptis *Sudæ*, Garabuſarum, & *Spinæ longæ* arcibus, & oppidis littoralibus cum ſuis diſtrictibus, & relaxata reciproco Turcarum conſenſu Venetorum reipublicæ Cliſsâ arce cum cæteris oppidis, quæ in Dalmatia vel Albania durante bello occupâſſent. In

hâc

In hâc obſidione, quæ triennio duravit, in ſumpsêre Veneti, quatuor milliones nummorum ſcutatorum, iis expenſis exceptis, quibus omnis generis munitiones comparatæ. Periêre militum Chriſtianorum 29. millia & octoginta octo; Turcarum autem ſeptuaginta millia, præter ruſticorum & captivorum triginta & octo millia, qui in fuſſodiendis cuniculis aggeribúſque operam præſtare coacti ſunt.

A. 1670. Petrus Comes Zrinius, Franciſcus Chriſtophorus Marchio Frangippanes, Franciſcus Comes Nadaſti præcipuæ inter Hungaros nobilitatis, cum Eraſmo Comite à Tattembach Styrio, & multis aliis collatis cum ſummo Turcarum Vezirio conſiliis & repetitis legationibus, ſubſidiis imploratis, delectus habere, arces & oppida quà minis, quà armis invadere, non deſtiterunt, uſque dum Auguſtiſſimus Imperator, cujus vitæ iteratas inſidias ſtruxerunt, miſſis in Hungariam copiis ſub Comite Spancavio, hæc rebellium capita comprehendi, & vinctos teneri curavit: arcibus & urbibus, quæ rebellibus faverunt, vel favere meditabantur, receptis, &

Ger-

Germano præſidio cuſtoditis. Comites Zrinius, & Frangippanes Viennam, Tattenbachius Græcium in Styria, Nadaſtus Neoſtadium captivi ducti.

Die 2. Januarij Cæſareus aquilex aulici putei fores violatas, adjectis penè canino cadavere, aſciâ vannóque calce referta, reperit, unde potens ſuſpicio veneni in fontem immiſſi exorta eſt.

Judæi die 14. Februarij publico Cæſaris edicto Viennâ proſcribuntur, & die 18. Auguſti intereſt ipſe Imperator Eccleſiaſticæ inaugurationi, quâ Synagoga Judæorum in templum Dei, ejus juſſu dedicabatur ſub patrocinio S. Leopoldi Auſtriæ Tutelaris.

A. 1671. Tandem poſt multos & inutiles queſtus, & mendicata à variis Principibus officia, queis mortem deprecarentur, conjuratæ rebellionis pænas ultimo ſupplicio dedêre Viennæ Franciſcus Comes Nadaſti, & Neoſtadii Petrus Comes Zrinius, & Franciſcus Chriſtophorus Marchio Frangippanes die trigeſimo Aprilis enſe carnificis cæſi, & bona illorum ad fiſcum devoluta ſunt, quæ tamen hæredibus pie-

tas

tas Cæſaris, exceptis arcibus & locis munitis (ne iis ad novam defectionem abuterentur) conceſſit. Dilatum eſt Eraſmo Comiti Tattembachio per aliquot menſes ſupplicium ob natam cum Brandeburgico Electore controverſiam de aliquibus *Feudis*, quæ hâc morte ad ſe devolvenda præſumebat. Sublatâ hâc controverſiâ die primo Decembris ipſe quoque Græcij in Styriâ in Domo Provinciali tertio ictu decollatus eſt. Ingemuit quidem ad fortunam tantorum virorum Clementiſſimus Leopoldus, *ſed benigniſſimi etiam Principes coguntur in cædes, quando acerbitas mali pietatem non admittit.*

Tota Chriſtianitas concurrit ad arma. Poloni inter ſe & cum Rege diſcordant, Hungaria rebellis armis & ſuppliciis ſubigitur; Auguſtiſſimus Imperator, Hiſpanus, Gallus, Anglus, Danus, Suecus magni Imperii Principes, Moſchus & Polonus diſtrahuntur curis, defendendi & offendendi, qui ſi unanimiter contra Turcam potiùs, quàm in ſe mutuò arma convertere voluiſſent, Ottomannico Imperio non levem ruinam intuliſſent.

A. 1672.

A. 1672. In Podoliâ Caminecum à Turcis capitur die 27. Auguſti incuriis nimiùm ad defenſionem Polonis, quia fortuna cœptis Turcarum obſecundavit, inſuper totam Podoliam, Uckraniam, & Boruſſiam à Polonis expoſcere non ſunt veriti; & quod dictu factúque probroſum eſt, Poloni has provincias, non aliter quàm pacto tributo redemêre, & ne ulteriùs armis vapulârent, turpem pacem mercati ſunt.

Auguſtiſſimus Leopoldus multa templa per iniquitatem temporum, ab hæreticis prophanata, uſibus Catholicorum reſtituit. In ſuperiore autem Hungariâ, *malè contenti*, ut vocant, die 2. Octobr. cum exercitu viginti millium Eperieſinum occupant, quos miſſi cum exercitu Excellentiſſimi Duces Eſterhaſius & Koppius fortiter reprimunt, non procul Caſſoviam plurimis eorum cæſis, multis captis, & 15. vexillis ereptis.

A. 1673. In Poloniâ Sobieskius ſummus Regni Mareſchallus de Turcis inſignem in Ukraina victoriam repottat & Caminecum obſidet, verùm ob anni tempeſtatem,

ſtatem, tum etiam ob inſtantia Comitia, Rege Michaële defuncto deſiſtere cogitur.

Magnus Dux Moſchoviæ ad Summum Pontificem legationem deſtinavit, pollicitus in rei Chriſtianæ favorem, opem contra Turcas, & offerens ſe ſocium belli Polonis contra eosdem pugnantibus; ſed quia Cæſaris titulum, quem à Pontifice legatus Duci ſuo dari præſumebat, non accepit, re infectâ & irritatus abiit.

Eodem anno 14. millium ſtrage Turcæ propè Coctzinum attriti ſunt, reliquo exercitu ad Tyræ fluvii (*Neiſter*) tranſitum, novâ internecione deleto: ubi partim merſi, partim confoſſi, quinquies mille alii perierunt.

A. 1674. In Hungariâ Prædicantes tanquam incentores & Auctores rebellionis judicialiter Poſonii convicti ex Regno Hungariæ proſcribuntur, Acatholici autem rebelles in Hungaria ſuperiore palàm Turcis adhærent, & his nihilo meliores varias hoſtilitates in Catholicos exercent. Interim in Civitatibus liberis & Regiis Hungariæ, Magiſtratus Catholicus Acatholico ſubſtituitur.

In

In Hungariâ novus Rebellium ductor Töckelius apertâ vi, & occultis inſidiis Leopoldo Imperatori, & Catholicæ religioni excidium machinatur.

A. 1675. Poloni hoc anno cum Turcis vario Marte confligunt, ad Leopolim autem ingenti clade afficiuntur, ut per plura milliaria viæ cadaveribus occiſorum ſtratæ fuerint.

A. 1676. In Hungaria, quamvis Clementiſſimus Imperator heterodoxis rebellibus ad Triremes damnatis pænam remiſerit, pergunt tamen Acatholici rebelles Turcarum auxilia contra ſuum legitimum Regem, & Chriſtianitatem ſollicitare & excurſionibus, rapinis & latrociniis Hungariam turbare; Cæſar autem init fœdus cum Moſchis.

A. 1677. In Hungariâ rebelles continuant conſueta latrocinia per Hungariam; Eperieſinum autem irrito conatu oppugnant; excurſiones tamen ſuas ad montanas uſque civitates promovent, eodémque anno in caput factionis ſuæ Emericum Töckelium conſtituunt, & mox viribus ſuis divisi

viſi petunt à Cæſare armiſtitium, & impetrant.

A. 1678. In Hungariâ Acatholici Rebelles accitâ Gallorum colluvie & infimæ ſortis Polonorum, Eperieſinum irrito conatu aggrediuntur, deinde montanas civitates auri & argenti fodinis abundantes invadunt expilántque, & multa alia oppida & pagos exſpoliant.

Epidaurienſes à Turcis *laceſſiti* rogant ſuppetias apud Pontificem, alióſque Principes,

A. 1679. Hungaria necdum ab inteſtinis tumultibus rebellium conquieſcit, novis ſuggeſtionibus Tockelio, & Abaffio Tranſylvanorum Principe animos accendentibus: fortiter autem obnitentibus Cæſareis, & præſidiariis Germanis ſtrenuè & fideliter Urbes ſibi demandatas cuſtodientibus.

A. 1680. In Hungariâ armiſtitium inter Cæſarem & malè contentos rumpitur, & magnæ regni devaſtationes inferuntur. Turcæ pro bello Chriſtianitati inferendo, ſummâ induſtriâ ſe parant.

Comes Æneas Caprara contra Rebelles Hun-

Hungaros vario armorum eventu pugnat. Huic cùm aliquando deeſſet, quo ſtipendia militibus numeraret, & inſolenti pervicaciâ præ cæteris cohors integra rebellâſſet, his nihil territus propriâ ipſe manu ſeditionis anteſignanum obtruncat, & jubet ante oculos ſuos decimum quemque cohortis militari ſupplicio enecari, quo militaris auctoritatis experimento tumultuantes reliquos compeſcuit.

A. 1682. Die 6. Februarii Legatio ſolennis Oratore Caprarâ ad pacem ſtabiliendam cum Porta, à Cæſare Conſtantinopolim mittitur.

In Hungaria Acatholici Töckelij aſſeclæ in Sacerdotes Catholicos ſæviunt, & Patres Societatis JESU Eperieſino & Caſſoviâ aliisque in locis in exilium ejiciunt, & ſuperior Hungaria, prævalentibus Heterodoxis tota ferè à Regis ſui fidelitate deficit. Cæſar autem ad avertendum bellum adversùs Chriſtianitatem, tam Turcis quàm malè contentis in Hungaria favorabiles conditiones offert, quas acceptare recuſant: quod ſanè providentiâ Dei ſingulari factum fuiſſe, eventus docuit, ex tot

Digitized by Google

malis tantorum bonorum proventum Cæſari, & Eccleſiæ ſuæ elicientis.

Caſſovia à rebellibus, auxilio Budenſis Vezirij ad deditionem coacta, occaſio fuit optatiſſima Turcis, multa millia Chriſtianorum in captivitatem abducendi: nam rebellibus viciſſim auxiliantibus Turca Fileckinum præſtantiſſimum munimentum expugnavit, defendente & propugnante uſque ad extrema fortiſſimo heroë *Stephano* Kohary, ob quod etiam ab hoſtibus captus Tyrannicè prorsùs ab eisdem habitus, & longiſſimo tempore in carceribus detentus & emaciatus fuit.

Töckelius Dux & Anteſignanus rebellium in Hungaria, nubit viduæ Ragotzkianæ, cujus divitiis auctior novam unionem cum Baſſâ Budenſi ſtabilivit, & ſimul à Sultano Principis, imò Hungariæ Regis inſignia, chlamidem, frameam, & ſariſſam ſive clavam accepit, unde etiam in numiſmatis hunc titulum ſibi arrogavit: *Princeps & partium Regni Hungariæ Dominus.*

A. 1683. Auguſtiſſimus Leopoldus cum Regibus Hiſpaniæ, Sueciæ, & Ordinibus Belgij, nec non cum Venetâ Republicâ item

cum

cum Lüneburgicis confœderatur. Die 21.

[illegible]

dem optato exitu finiret, prodito ab ali-

Digitized by Google

malis tantorum bonorum proventum Ca-

[illegible]

ngij, nec non cum Venetaſ, quaſque

cum

cum Lüneburgicis confœderatur. Die 21. Aprilis jubet Auguſtiſſimus Imperator Sereniſſimum Lotharingiæ Ducem Carolum hujus nominis V. ſuis exercitibus cum ſummâ poteſtate præeſſe. Decimo tertio Junij Carolus Dux Lotharingiæ cum exercitu Cæſareo obſidet Vivarinum, ut ſic hoſtes imminentes præveniret, fortiſſimum munimentum, cum quadraginta millibus vegeti adhuc roboris armatorum millibus virorum, ſibi ſubigendo. Spondet intereà Rex Poloniæ Joannes Caſimirus ſua auxilia; neque deſtitit Summus Paſtor Eccleſiæ Innocentius, quà Jubilæo indicto, quà pecuniâ & milite ſuppeditato expeditionem adversùs Chriſtianitatis hoſtem ardentiſſimè promovere. Fœderatur quoque Cæſar die 14. Junij cum Electore Saxoniæ, ut jam nihil deeſſe videretur in neceſſario apparatu ad fortiter repellendum Turcarum impetum, ſi ille ingrueret, quàm promiſſorum & fœderum executio; dum opinione celeriùs erupit ex portâ Ottomannicâ exercitus Barbarorum inſenſiſſimus, & priuſquam Carolus obſidionem Vivarienſem optato exitu finiret, prodito ab ali-

Digitized by Google

quibus Hungaris Arrabonis fluvij tranſitu, latè cædibus & incendiis vaſtatis omnibus, ad Viennam Auſtriæ obſidendam torrentis inſtar curſu rapidiſſimo perrupit. Unde Carolus Lotharingiæ Dux ad ſolvendam obſidionẽ compulſus, ut Viennam Cæſari & Chriſtianis ſervaret, imiſsâ illicò ad urbis defenſionem copiarũ parte, ipſe aliquantò longius cis Danubium, Crembſium versùs obſidioni & hoſti invigilaturus, caſtra cum reliquo exercitu metatus eſt.

Obſideri tunc cæpit Vienna die 14. Julij à ducentis millibus ampliùs (Tartaris alibi graſſantibus) ſupremi campiductore Karâ Muſtaphâ, & oppugnata eſt acerrimè uſque ad diem 12. Septembris per omnia genera offenſionum, queis ſolet in obſeſſas urbes ſævire armatus furor.

Intereà Imperator cum Imperatrice, & Archiduce Joſepho, & Auguſtiſſimâ familiâ, celeri ſe fugâ Paſſavium proripuit, nihil curarum, conſilii & induſtriæ omiſſurus ad afflictam urbem maturè eliberandam; neque Lotharingiæ Dux otioſa ſtativa tenuit, in omnem occaſionem hoſtium vires

vires infringendi attentiſſimus. 6. Auguſti Töckelium ad Poſonium magnâ clade attrivit, & die 24. Auguſti ad Stammersdorff in Marckfeld propè Viennam Turcicas copias delevit, obtentis viginti quinque vexillis, & duobus paribus tympanorum.

Auguſtiſſimus verò ut jam ſuo exercitui fieret propinquior, & auxiliaribus exercitibus ad ſolvendam obſidionem approperantibus, Paſſavio Lintzium ſe ſe contulit, ubi ab Imperatrice felici partu Archiducis Mariæ, Annæ, Joſephæ, Antoniæ, Reginæ exhilaratur.

Protracta jam fuit ad duos menſes Viennenſis obſidio, tandem Rex Poloniæ Joannes Caſimirus, Sereniſſimi Electores Ferdinandus Emanuel, & Joannes Georgius Saxoniæ, Viennæ & rei Chriſtianæ in ſubſidium venientes in perſonâ cum Cæſarianis ſub Sereniſſimo Duce Lotharingiæ ſe conjungunt, & die 11. Septembris cum omni bellico apparatu montem Cetium ſuperant, ac die 12. Turcicum Exercitum ab obſidione Viennenſi depellunt, tanto Barbaris incuſſo terrore & confuſione: ut jam non milites certamen, ſed ſtupida ani-

malia lanienam ſubire viderentur. Ceſsêre victoribus opipara hoſtilium caſtrorum impedimenta, omnis generis opibus & munitionibus referta; tunc & immortalis gloriæ faſtis ſuum nomen inſcripſerunt Erneſtus Rogerius Comes Starembergius in urbe obſeſſa Præfectus, & præſtantiſſimi Duces, qui adhortationibus & exemplis milites & cives tempore obſidionis ad perdurandum, & intrepidè reſiſtendum animârunt. Hâc ſtrage Turcarum Conſtantinopolim delatâ, factus eſt ingens fremitus & confuſio Portæ Ottomanniæ, & à Chriſtianis ferè per Italiam, Poloniam, Hiſpaniam, Germaniam, actæ Deo conſervatori & Domino exercituum ſolenniſſimæ gratiæ, & publica lætitiæ ſigna ubique edita feſtivis plauſibus & triumphis reſonantibus. Starembergius à Leopoldo honoribus & divitiis, & à Catholico Rege aurei velleris torque in fidei fortitudinis commendationem donatus eſt. Turcarum autem Kara Muſtapha brevì poſt cum aliquibus Baſſis infelicis belli mulctam luit; Sultani mandato laqueo ſuffocatus. Infenſiſſimâ hâc irruptione, computo poſt Vien-

nam

niam eliberatam inito, deprehenſum eſt in ſervitutem Turcico-Tartaricam ex Chriſtianis abacta eſſe ſex virorum millia occiſis aliis innumeris; fœminarum conjugatarum undecim millia ducentas & quindecim, puellarum innuptarum quatuordecim millia nonaginta duas, puerorum quinquaginta ſex millia & nonaginta tres; ex parte Viennenſi, oppida & pagi incinerati ſunt quatuordecim millia ſexaginta duo; ex parte Poſonienſi ducenti ſeptuaginta & unus: quàm ferox hoc flagellum Chriſtianitatis, quo Eccleſia percuſſa eſt!

Solutâ obſidione Viennam Auguſtiſſimus Cæſar ingreſſus eſt die 14. Septembris. Die 10. Octobris cæduntur Turcæ à Lotharingo ad Barkanum: amittunt quinque millia armatorum, viginti tormenta, & Barkanum incineratur, ibi quoque repertis 25. tormentis.

Die 28. Octobris egrediuntur Turcæ Strigonio, factâ deditione Cæſarei exercitûs Ductori Carolo Lotharingiæ Duci, reperta ſunt intùs 50. tormenta.

Die 11. Decembris eripitur Turcis Seechinium Hungariæ munimentum, repertis

iſtùs 20. tormentis ; recipiuntur & aliæ urbes circa hæc tempora , quæ debitam Cæſari obedientiam addiderunt.

Adducitur juſſu Cæſaris Paſſavio Rottenburgum Zrinius Comes, Petri Zrinij filius ob notorium delictum carceri addicendus.

A. 1684. Tota inferior Hungaria Cæſari reconciliatur , Vicegradum à Cæſareis & Peſtum expugnatur.

Buda quoque ſed irritò conatu à noſtris oppugnatur : melior fortuna noſtris favit in campis cæſo ac fugato iteratis vicibus hoſte. Schulezius & Bakoczius Generales, Rebelles ſæpiùs cædunt, in Dalmatiâ acriùs Turcas premunt Morlaci.

In Croatiâ capitur Verovitieza cum ducentis pagis & caſtris. Veneti in Inſulâ S. Mauri egregios faciunt progreſſus contra Turcas.

Poloni quoque extra limites ſuos profligant Tartaros, Tockelius ad Leuſchoviam , ac iterum ad Eperieſinum utrimque magnâ ſtrage afficitur ac fugit.

A. 1685. Leſleus Cæſareus Generalis cædit Turcas ad Eſſeckinum pontem , & occi-

occiſis eorum 300. Civitatem expilat, non tamen arcem. Die 13. Auguſti & altero die pontem ex majori parte exurit.

Turcæ die 26. Auguſti cæduntur ad Strigonium à Cæſareis receſſum ſimulantibus, & obſidio ſolvitur; occubuêre quinque millia, capti ſunt 200. tormenta accepta 24. cum vexillis 40. & omni commeatu & omnibus caſtris.

Vivarinum poſt obſidionem cæptam die 7. Julij, armatâ manu die 19. Auguſti à Cæſareis occupatur, aſſultum moderante excellentiſſimo Heroë Æneâ Capratâ; reperta ſunt intùs 98. tormenta.

Eperieſini à Generali Schultzio expugnati cives exarmantur: reperta ſunt intùs 34. tormenta, & 2. mortaria.

Die 1. Octobris naſcitur Sereniſſimus Archi-Dux CAROLUS.

Cæſarei 2. Octobris obſident Caſſoviam, & die 25. Octobris occupant.

Cæſares Caſſoviam obſidentibus Tökölius Varadinum pervenit, exoraturus à præfecto Turcico ſuppetias, ſed ibi malè exceptus juſſu Veziri, & in vincula con-

K 5 jectus,

jectus, viliq́ue & ruſticano plauſtro impoſitus Adrianopolim tractus eſt.

In Moreâ Corona urbs, & inſignes aliquot portus à Venetis capiuntur. Summus Pontifex Cæſarem, Venetos, Polonos, Hungaros, Croatos pecuniâ pro bello Turcico adjuvat.

III. Id. Auguſti Lesleus Comes urbe Murſâ (vulgò Eſſeck) trium millium præſidiariorum clade receptâ, pontem portentoſæ magnitudinis, quippe qui ad 6. millia paſſuum protendatur, & quo in Hungariam Turcæ illabi ſolent, flammâ domat: dum interim Ebenſteinius in Liccam Turcarum provinciam irrumpens omnia ferro & igne miſcet.

Luneburgici Cæſari ſuum militem accommodant.

A. 1686. In Hungariâ die 23. Januarij armatâ manu à Cæſareis, Turcis eripitur Seghedinum. Præfectus tum Cæſareis erat Mercius.

Id. Febr. Comes Caraffa cum copiis egreſſus ut Töckelij captivitate ſoluti nova molimina præverteret, S. Jobi Caſtrum non longè à Varadino recepit, feliti glan-

dis

dis ignivomæ jactu, quæ in turrim, ubi nitratus pulvis & reliqua munimenta aſſervabantur, cadens, tanto præſidiariorum terrore turrim disjecit, ut 500. ex iis reliqui ſe dediderint.

A Croatis die 24. Martij eripitur eisdem Jarona: profligatis priùs in arce 1500. Turcis, & mille captivis Chriſtianis liberatis; novus Vezirius ob rem ad Strigonium malè geſtam ſtrangulatur.

A Tranſylvanis ſolennis legatio ad Cæſarem pro fœdere contra Turcas ineundo mittitur.

In provinciis hæreditariis Cæſareis, authoritate Summi Pontificis tertia pars bonorum Eccleſiaſticorum Regularium pro bello Turcico continuando applicatur.

Veneti magnam partem Peloponneſi ſive Moreæ inſulæ occupant, & Novarinum expugnant.

Caprara incipit obſidere Mungatzium, in quo Töckelij uxor incluſa neglectis conſiliis & minis, quæ ad eam Cæſari reconciliandam injiciebantur, omnis generis validâ ſe defenſione tuatur.

Die 19. Junij felicibus auſpiciis Metro-

polis Hungariæ Buda obſidetur
Lotharingiæ & Bavariæ; illi fil
fareis urbem expugnandi, & Ba
cum ſuis & Imperialibus copiis
Caſtrum ſubigendi provinciam
protractâ jam per aliquot hel
obſidione, & barbaris his tèrqu
quos Vezirius urbi ſuppetias lau
ràt, urbs tandem violentâ impreſſ
tata & capta eſt, unà cum caſtro di
deletis internecinâ clade præſidia
vibus, quorum pauci vitam ab irat
ribus exorârunt, toto Turcico exe
ſpectante, & cum Vezirio ſuo ne
fugâ ſe ſubducente, quanquam eu
ſexaginta millia numeraret. Veni
in poteſtatem Auguſtiſſimi Leopold
quam noviès hæc Metropolis oppu
fuit & à Turcis defenſa.

Sub Auſpiciis Leopoldi Imperator
ponitur primâ vice Crux cum A
ad turrim S. Stephani Viennæ inde
Lunæ Turcicæ.

Princeps Badenſis Ludovicus ob
Quinque-Eccleſias, & paucorum die
obſidione expugnat die 22. Oct.

Digitized by Google

Cæduntur Turcæ à Veteranio Cæſareo Duce die 20. Oct. ad Seghedinum, & 18. tormenta, quatuor millia equorũ, quingentos onuſtos Camelos, quingentos mulos, tria millia armatorum amittunt, multa vexilla & tympana cum aliis omnibus impedimentis.

Darda munimentum Turcicum ad pontes Eſſeckianos occupatur à Ludovico Badenſi Cæſareo Archiſtratego die 1. Nov. repertis intus 14. tormentis & ponte Eſſekiano ferè medio incinerato.

A. 1687. Naſcitur die 16. Mart. Archi-Dux Auſtriæ, Maria, Joſepha, Coleta, Antonia, ex Auguſtiſſimâ Imperatrice Eleonorâ.

Die 7. April ad munimentum Uzuxam cæduntur à Cæſareis quingenti palabundi Turcæ.

Budæ 9. April. plectitur capite nobilis Pruſſus Conradus Finck à Finckenſtein, eo quod proditionem Budæ duobus millibus [illegible] cum Turcis pactus fuerit.

Viennæ die 30. Jul. ponit Leopoldus Cæſar fundamentalem lapidem pro ſtatua SS. Trinitatis, & ſupponit nummum aureum in cujus uno latere integer vultus ſuæ Maje-

Majeſtatis, in altero hæc inſcriptio:

Leopoldus I. Imperator, Hungariæ & Bohemiæ Rex &c. *Sacroſanctæ Trinitati votum exoluturus columnæ hujus primum lapidem poſuit 30. Julii anno 1687. benedicta & laudata ſit Ss. Trinitas, Pater & Filius & Spiritus Sanctus Amen.*

Die 12. Auguſt. invaditur exercitus Cæſareus ſub Ducibus Lotharingiæ & Bavariæ propè montem Harſanum à Turcico Vezirio qui Chriſtianos (dum Dravum flumen, quem tranſiêrunt, repetunt quaſi regreſſuri languore & timore debiles) cedere & Mohazium ſe recipere velle ſuſpicatus eſt; ſed orto pleno prælio cæditur hoſtis viginti millibus ſuorum deſideratis, vel ferro enectis vel aqua & paludibus hauſtis, & totis inſuper caſtris exuitur; capti ſunt bis mille; ſexaginta octo tormenta, decem mortaria, decies mille centenarii pulveris pyrii, octo millia globorum majorum tormentorum, tria millia majorum ſphærarum miſſilium (bombas vocant) undecim millia ſphærarum manualium, ſeptem millia boum, ſex millia equorum, mille quingenti cameli. Poſt

hanc

hanc victoriam Cæſaream Eszeckinum, Valponam, Proſegam, Murſam, Palottam, Orowizam, univerſamque Sclavoniam recuperant. Ad hæc Dux Lotharingiæ fortalitia Tranſylvaniæ præſidiis ſuæ majeſtatis firmat, & Agria à Caraffa fame ad deditionem cogitur.

Æquè ſecundo Marte Veneti Corinthum carrum, Torneſium, Athenas ſive Malvaſiam, Neocaſtrum, Patras, Neopactum aliaque loca ſuæ poteſtati ſubjiciunt.

Die 30. Oct. Auguſtiſſimus Cæſar cum filio ſuo Sereniſſimo Archi-Duce Joſepho ſolenni pompâ Poſonium ingreditur, & die 9. Decembris Joſephus Archi-Dux Auſtriæ ibidem in Regem Hungariæ hæreditarium coronatur.

Econtra Conſtantinopoli Turcarum Imperator Mahometes II. à ſuis deponitur & in ordinem redigitur, fratre illius, qui hactenus privatam vitam duxit in locum ejus ſubſtituto, unde Conſtantinopoli tumultus ingentes exoriuntur, & mutuæ cædes inter Turcas conſequuntur.

A. 1688. Die 18. Januarij celebre Hungariæ fortalitium, Tockelij ſedes

Mon-

Mongatzium integro triennio eminùs obſeſſum, deditione, Cæſaris poteſtati accedit, & Emerici Töckelij conſors Helena nata è Croatiæ Comitibus Zrinij arcis propugnatrix, captiva Viennam abducitur, atque ita, qui alienis inhiabat Töckelius propria amiſit. Die 9. Febr. parum abfuit, quin ipſe quoque rebellium Anteſignanus Töckelius in manus Cæſareorum veniſſet: quando in oppido Tellegel à Cæſareo belli-Duce Heuſlero obrutus cæſis ſuorum ſexcentis, & ducentis viginti duobus captis, quos inter 18. officiales fu runt, amiſſis 15. vexillis, & 118. equis, ipſe fugâ ſeſe proripuit.

Die 23. Mart. propè Eiſſerneckium cæſi Turcæ à Cæſareis: occubuêre Prætoriani, capti centum quinquaginta cum primario Labaro & tympanis.

Die 9. Maij Alba-Regalis deditionem paciſcitur cum Cæſarianis, ſeque ſubmittit: egreſſis inde ter mille incolis, repertis intùs 7. grandioribus mortariis bellicis, & 79. tormentis.

Die 19. Jun. Lippa Hungariæ civitas à Cæſareo belli-Duce Caraffeo capitur aſſul-

tu; reperta intùs ingens vis pecorum, corij, & centum ſalis lapidum millia: arx arbitrio ejuſdem Caraffei Ducis dedita eſt 20. Jun. Turcis bis mille & quinquaginta exarmatis & ſub cuſtodiâ retentis: ter mille verò imbellioris ætatis & ſexûs in tutiora dimiſſis.

Die 8. Aug. Cæſareus exercitus *Savum* tranſit expeditione à centum annis & amplius non auditâ, & die 12. Auguſti à belli-Duce ſupremo Cæſarei exercitûs Electore Bavariæ Maximiliano Emanuele Belgradum obſidetur, Caſtanoviza autem à Marchione Ludovico Badenſi die 15. Auguſti occupatur.

Die 5. Septembris ab eodem Sereniſſimo Ludovico Badenſi cæduntur Turcæ in Boſniâ, & amittunt quinque millia cæſa in acie, duo millia captivorum cum 4. vexillis.

Belgradum die 6. Septembris ab Electore Emanuele Bavariæ Duce armatâ manu expugnatur præſidiariis ferè omnibus interfectis; his malis attritus ferè, & inteſtinis inſuper ſeditionibus conturbatus Turca, pacem poſtulat ab Auguſtiſſimo Imperatore, ſed ea, quæ pacis ſunt nondum meruerat

ruerat audire à victore, qui ruptâ pace bellum intulit.

Dum Leopoldus in Hungariâ victoriis glorioſo ferro metit, Turcis iteratò cæſis, & attritis, Ludovicus XIV. Rex Galliæ in Badenſem & Wittenbergenſem deditionem & Palatinatum, & ſuperioris Rheni Tractum exercitum emittit, & quà vi, quà arte multas Civitates deditione accipit, Offenburgum, Neoſtadium, Spiram, Wormatiam, Treviros, Heidelbergam, *Heilbronnam*, aliáque plura loca capta militibus Gallis adimplet, Moguntiam ſine obſidione & ſanguinis effuſione ingreſſus 17. Octobr. præſidiario milite firmat.

Legatus Turcicus nomine Turcarum Imperatoris pacem ſollicitat, ſed audito bello, quod Rex Ludovicus grandi victoriarum præludio adversùs Cæſarem inchoavit, à propoſitis conditionibus reſilientes, valdè frigidè de pace tractant, & cauſam præbent ſpem pacis penitùs præſcindendi.

A. 1689. Sigethum die 12. Febr. fame ad deditionem coactum Cæſari ſe ſubmittit.

Quo tempore & Comes Joannes Draskovi-

kovizius Turcas vincit: cæſis in acie 500. in Unnâ fluvio 2000. ſuffocatis, captis 900. cum ipſo ductore & 70. Officialibus, equis 400. & 11. vexillis obtentis.

Die 29. Aug. cæduntur Turcæ à Marchione Ludovico Badenſi ad Moravam, & caſtris exuuntur, & Nicea nullo impediente occupatur: multis millibus per internecinam hoſtium cladem deletis. Ad complementum autem hujus victoriæ die 30. Aug. denuò cæſi Turcæ à Marchione Badenſi, amiſerunt octo millia ſuorum cum centum & novemdecim tormentis bellicis, 3. mortariis & omnibus impedimentis & caſtris.

Die 24. Sept. cæduntur ad Niſſam à Ludovico Badenſi & Croyo, decem Turcarum millibus occiſis, & 50. tormentis majoribus obtentis; eodem die occupata eſt Niſſa.

Die 14. Octob. cæduntur Turcæ ad Vidinum: amiſſis ſuorum bis mille.

Die 19. Octob. Vidino Cæſareis dedito excedunt numero 6555. & relinquunt intus 26. tormenta majora.

Die 10. Octob. Cæſarei occupant civita-

vitatem Stippo: cæſis bis mille Turcis, & centum curribus onuſtis, & aliquot majoris & minoris pecoris millibus in prædam obtentis, cum vexillis & tympanis.

A. 1690. Die 3. Jan. infeliciter pro Chriſtianis pugnatum eſt in Serviâ propè Katzenecum: ubi Ducibus Straſſero, & Carolo Hannoverano poſt ſex horarum atrox prælium adversùs 30. millia Turcarum à modicâ militiâ Chriſtianâ fortiter exantlatum, hoſti quidem victoria, ſed cum victima ſuorum 7. millium acceſſit.

Die 20. Mart. Boſniæ Metropolis Bangyaluka noctu à Cæſareis obruitur, oriturque miſerrima cædes integro 2. horarum ſpatio: victores redeunt opimis ſpoliis ditati, & cum quatuor millibus Chriſtianorum, Turcarum jugo ereptis.

Die 10. April. Caniſſa Turcarum fortiſſimum præſidium deditione à Cæſareis accipitur: ferè annuâ obſidione ad extremam uſque famem adactis incolis. Hominum quinque millia abire ſunt permiſſa, quorum innatam adversùs Chriſtianos malevolentiam ejurandi ſpes nulla manebat; non ſine damno regionis excedentibus

bus iis, qui ad arva colenda erant apti, ſoli milites qui ad arma, non aratra tractanda erant idonei, ſuper fuerunt. Reperta intùs 249. majora tormenta 35. mortaria, & plurima ſuppellex bellica.

Die 19. April. moritur Welzij Auſtriæ, incomparabilis Heros Carolus V. Dux Lotharingiæ, Turcarum terror, Cæſaris affinis, anno ætatis ſuæ quinquageſimo; concuſſus certè ad tanti viri caſum fortunæ Auſtriacæ globus intremuit, ipsâ tantùm non emotâ fortunâ.

Mortuo Michaële Abaffi, Tranſylvaniæ Principe & hoſte infenſiſſimo Cæſaris ad mortem uſque, Emmericus Töckelius fretus Turcarum & rebellium copiis, omnibus viribus pro indipiſcendo Principatu laborat: ſed volente Auguſtiſſimo Imperatore, filius Abaffi annorum tredecim ſucceſſor inauguratur.

A. 1691. Adrianopoli apoplexiâ in Julio mortuus elatus eſt Solymanus Turcarum Tyrannus ætatis 50. annorum: in cujus locum Achmetes frater ejus ſuffectus eſt, qui ut præſentis belli apparatum præſentiâ ſuâ promoveat mox Adrianopolim

ſe

ſe deferri, & Biſantij interim variis ſuppliciis in ſeditioſos à Veziriò deſævire curavit.

Die 9. Sept. Turcæ reſumptis viribus Niſſam obſident & deditionem accipiunt.

In Tranſylvaniâ quoque Heuſlerus Cæſareus Generalis à Töckelio capitur, Siculis à Cæſarea militia primùm fugâ dilapſis.

Eodem tempore cùm Ludovicus Marchio Badenſis cum exercitu in Tranſylvaniam opem contra Töckelium laturus abiit, Turcæ Belgradum die 1. Octobr. obſident, & octavo ejusdem occupant armatâ manu, dum nux ignivoma decidens in turrim pulvere nitrato plenam, impreſſoque impetu & ruinâ milites terrens, eos à defenſionis cura avocabat; hinc vix navi furtivâ egreſſione ſalvati ſunt primarii Duces, & milites trecenti, qui celeri fugâ Danubium adverſum navigantes ſe ſubduxerunt. Turcæ poſthàc opem tulerunt Varadino majori jam à noſtris aliquam diu ſepto, & Eſſeckum obſederunt, jamque militibus præſidiariis 1500. perterrefactis actum fuiſſet, niſi Croyius Stratagemate feliciter uſus fuiſſet; rumore nimirum ſpar-

ſo de adventante exercitu Cæſareo, noctu turbas & tympana ſecus Dravum audiri fecit, quibus exterriti Turcæ, qui numero 1600. urbem obſidebant, ſeſe meticulosè ſubduxerunt.

Hoc anno Neo-Pontifex Venetam Rempublicam magnâ liberalitate & benevolentiâ contra Turcas adjuvat, qui etiam Epidauro ſubactâ uſque ad Adriaticum, claſſem ſuum reduxerunt, & exſcenſione magno robore contra obnitentes Barbaros factâ, Alonem (ſive Vallonam) obſederunt. Unde etiam Franciſcus Maurocenus factus ex ſummo armorum Præfecto Reip. Princeps, Pileum Ducalem & Enſem à Summo Pontifice benedictum, glorioſam laborum ſuorum mercedem, retulit.

Die 14. Auguſti Sereniſſimus Marchio Badenſis Ludovicus poſt varias caſtra metationes, quibus in hoſtium conſpectum captis aliquibus levioris momenti locis, pervenit, pugnam conſerendi occaſionem nactus eſt Salankameni ad Danubium, ubi hoſtis in Chriſtianos irruens ab iis egregiè repulſus & cæſus eſt: deſiderato integro robore ſui exercitûs, Vezirio, & præcipuis

copia-

copiarum Ducibus, & viginti quinque millibus Turcarum deletis in acie, totidem ferè in fugâ; redacti ſunt in Cæſareorum poteſtatem 159. tormenta, præcipuum Vezirij vexillum, omnia caſtra, & innumera armorum, commeatuum, jumentorum multitudo cum omni pecuniâ publicâ ſolvendis ſtipendiis militaribus deſtinata, boum plus quàm decem millia noſtris conceſſerunt, præter camelos & pecora minora. Ex noſtris autem deſiderati ſunt in peditatu tantùm 1758. in equitatu 829. non pauci tamen ex officialibus majoribus, quos inter Chriſtianus Dux Holſatiæ, Comes Kaunitzius Comes Colonicius, Comes Buquoi, Comes Potingius Comes Starembergius, Comes Adamus Zrinius, ultimus antiquiſſimæ familiæ, & de Hungariâ totâque Chriſtianitate meritiſſimus. Videri poteſt hæc prodigioſa victoria, ut rectè dixeris de Auguſtiſſimo Leopoldo: *ſi arma deeſſent Leopoldo Imperatori, non tamen pietati ejus deeſſent prodigia.*

A. 1692. Töckelij conjux hactenus Viennæ detenta, commutatione militari pro Duce Heuslero à Töckelio intercepto in liber-

libertatem aſſeritur. Et primo die Maji reaſſumit obſidionem Varadinenſem & acriter urget, ac 5. Jun. ad deditionem compellit, Turcis abire permiſſis.

Turcæ autem clade tam grandi anno elapſo acceptâ, Sultanum ad pacem ineundam ſollicitant, qui eandem iis compromittit, ſed retardante pacem Oratore Gallico, iterum ad arma convolatum eſt; & quidem Cæſaris potentia hoc anno aucta fuit militiâ Lüneburgicâ Ducis Hannoverani. Convenerunt uterque exercitus poſt Varadinum majus ab Heuslero jam occupatum, & Cæſarei quidem ſub campiductore Duce de Croy (Marchio enim Badenſis exercitui Imperiali contra Gallos in locum Ducis Bavariæ, qui Belgij Gubernator factus eſt, cum poteſtate præpoſitus erat) Ottomannicus autem exercitus ſub novo Vezirio. Sed quia Turcæ cauti exemplo ſuorum anteceſſorum, uſque ad finem Autumni circa Belgradum in caſtris ſe continentes pugnam, cui Cæſarei inhiant, ſubterſugiunt, tandem uterque exercitus ſine memorabili eventu in hyberna reductus eſt. Sereniſſimus autem Dux Hanno-

Digitized by Google

veranus ob inſigne auxilium præſtitum, ab Auguſtiſſimo Imperatore in numerum Electorum cooptatus eſt, variis Imperii Principibus tunc contradicentibus.

Veneti hoc anno non adeò felices fuêre, qui non tantùm in vanum Caneam tentârunt, verùm & Garabuſam Candiæ munimentum per proditionem, infidelium armis ſubmiſerunt.

A. 1693. Cæſariani eripiunt Turcis Ieno, & Vilagos, Var; Tartari autem in Valachiâ hybernantes Tranſylvaniam invadunt, multáque animarum millia in ſervitutem trahunt, ſeriùs cum copiis Veteranio Generali ſuccurrente, exercitu Cæſareo propè Varadinum ad hoſtium intentiones excubante. Turcæ declinantes pugnam ad Tranſylvaniam occupandam properant: noſtri verò ad hoſtem ex itinere revocandum, die 4. Aug. Belgradum obſident, & ſic Vezirium, ut obſeſſis ſuccurreret, retrahunt. Noſter tamen exercitus ante Turcarum adventum cum omnibus impedimentis ſalvus & incolumis Savum tranſit, & ad priſtina caſtra ſe recipit, atque ita ſine nota-

Digitized by Google

notabili operatione tum noſtrâ tum hoſtium in Hungaria his annus elapſus eſt: niſi quòd minores velitationes & direptiones utrimque factæ. Memorabilior eſt operatio illa, quâ Cæſareus Commendans Brodenſis *Kiba* nomine die 3. Julij cum 500. militibus Cæſareis ſex millia Turcarum Sclavoniæ præſidium Babinogradum obſidentium invaſit, obſidionem ſolvit, & mille ac quingentos cum decem vexillis cepit, viginti tantùm ex ſuis amiſſis. Poſthæc Budianus regni Croatiæ Bannus, Turcicum munimentum Bruntzeri Maidanum aſſultu cepit & expilavit, quingentis Turcarum cæſis.

Die 15. Aug. Pientiſſimus & invictiſſimus Imperator Leopoldus Viennæ in Baſilicâ S. Stephani votum emittit de Eccleſiis Parochialibus per Hungariam reſuſcitandis & reparandis: gratias ſimul agens Deo Domino exercituum pro tot victoriis, & totum Hungariæ Regnum Beatiſſimæ Virgini offerens & dedicans, & hâc ſuper re ſequens votum plenâ pietate & Zelo Apoſtolico, utpotè Rex Apoſtolicus publicè emittit & promulgat.

Digitized by Google

VOTUM

AB
AUGUSTISSIMO CÆSARE
Publicè in templo S. Stephani Viennæ factum die 51. Auguſti Anno 1693.

Omnipotens ſempiterne DEUS, per quem & Reges regnant, & in cujus manu ſunt omnium poteſtates & jura Regnorum: ego Leopoldus, *humilis ſervus tuus, coram divinâ Majeſtate tuâ proſtratus, immortales* Tibi *gratias ago, quòd in virtute & magnitudine brachii Tui Turcarum & Barbarorum exercitus, immanes Nominis Tui hoſtes ab* Auſtriæ Metropoli, *ejúſque finibus abegeris, quòd Inclytum* Hungariæ Regnum *olim* à S. Stephano Rege *Anteceſſore meo admirabili* Matri Tuæ *donatum, poſteà verò Turcarum Tyrannide ejus cultui ferè totum ereptum, mihi clementiſſimè reſtitueris; gratias, inquam, reddo* Tibi Deo *immortali*

Victo-

Victoriarum omnium largitori, & reſtitutum mihi & potenti Tuâ Dextrâ *regnum, ſanctiſſima & admirabili* Matri Tuæ, *cœli terræque Reginæ, Magnæ Hungariæ Dominæ, iterum dono, dico, dedico, totúmque ejus protectione conſigno, humillimè orans, velit in illud tanquam iteratò ſuum, miſericordiæ oculos convertere, &* Paganorum Gentes, *quæ in feritate ſuâ confiſæ, illud infeſtare non deſinunt, potenti ſuâ virtute conterere, ac utrumque hoc bellum pace univerſali ac ſtabili & ſecurâ ad maximam tuam gloriam terminare. Inſuper* voveo, *ac pro me & ſucceſſoribus meis* Divinæ Majeſtati Tuæ *promitto, me ad propagandam* Nominis Tui *gloriam &* Matris *Tuæ, Dominæ noſtræ honorem Parochiales Eccleſias per Hungariæ Regnum, tum Barbarorum Tyrannide, tum temporum calamitate deſtructas, iterum erecturum, & competente Parochi ſuſtentatione dotaturum, ut omnes* à Clementiâ Tuâ *meo Imperio ſubjecti populi* Te *Verum Deum debito cultu adorent, & Sanctiſſimam* Matrem Tuam, *Magnam Dominam noſtram venerari addiſcant.* Spondeo *prætereà me ad perpetuam tanti beneficii memoriam* Sacel-

Digitized by Google

lum S. Leopoldi in monte Cæſio, *unde primò ſingulare* Tuæ *protectionis auxilium in propulſandis hoſtibus apparuit, reſtauratu-rum, ac in eodem aram Divæ Virgini ſub titulo* Auxilij Chriſtianorum *dedicaturum.*

Suſcipe igitur Clementiſſime DEUS *Servi Tui demiſſè Te adorantis vota, & me, Conjugem meam, liberos, domum meam, populos, exercitus meos, & regna omnia, ac Provincias meas continuâ miſericordiæ Tuæ protectione cuſtodi, guberna, tuere ac defende Amen.*

Pari devotione Auguſtiſſimus die 29. Aug. Viennæ interfuit dedicationi *Coloſſi Sanctiſſimæ Trinitatis* pro averſâ peſte, quem ipſe in gratiarum actionem & memoriam accepti à Deo beneficij collocavit, cui hæc indita Epigraphe.

TIbi *Sanctiſſimæ & Individuæ* TRINITATI *ego* LEOPOLDUS *humilis ſervus Tuus gratias ago, quas poſſum, maximas pro averſâ anno* M. DC. LXXIX. *per Summam benignitatem Tuam ab hâc* Urbe & Auſtriæ Provinciâ *dirâ peſtis Lue, atque in perpetuam debitæ gratitudinis Teſſeram præſens monumentum demiſsè conſecro. Suſcipe,*

pe, Clementiſſime DEUS, *ſervi Tui demiſsè* Te *adorantis vota, & me, Conjugem, liberos, domúmque meam, populos & exercitus meos, Regna & Provincias continuâ Miſericordiæ Tuæ protectione guberna, cuſtodi, defende.*

Ita VoVI anno DoMInI ſaLVatorIs noſtrI IesV ChrIſtI.

ANno 1694. Auguſtiſſimus Cæſar Leopoldus, tanquam Rex Hungariæ Apoſtolicus diploma edit in favorem Sacerdotum Græci ritûs ad eosdem in unione fidei Catholicæ retinendos, & promulgari jubet, vi cujus vult & mandatur iidem omnibus Privilegiis Eccleſiaſticis gaudeant, quæ toti Clero Hungariæ Latini ritûs jure & conſuetudine conveniunt. Rem quoque Catholicam promovet in Tranſylvaniâ, ubi à Principibus illius provinciæ Acatholicis multa damna Eccleſiæ Orthodoxæ inflicta fuerunt, quæ benigno remedio & curâ indigebant.

In Hungaria quoque hic annus inter ſolos bellicos apparatus ex utraque parte conſumptus

ſumptus eſt: & quidem Vezirius trajecto Savo noſtros in caſtris munitos aggredi non dubitavit, tormentis non ſecùs ac urbem munitiſſimam oppugnando triduo ferè, & viciſſim noſtri tormentis & acie explicatâ hoſtis irruptionem exſpectantes ſtrenuè inſiſtunt. Quare Vezirius visâ Cæſariani exercitûs conſtantiâ repentè & quidem clanculariè ſe recipit, ſed neque noſtri recedentes (hoſtilem aſtum metuentes) inſequuntur, quin potiùs incolumem exercitum ad hyberna reducunt die 15. Sept. Caſtra autem ſua Petri-Varadino, ubi ambo exercitus hactenus conſiſtebant, moverunt die 1. Octob.

A. 1695. In Hungaria Georgius Szechenni Archi-Epiſcopus Strigonienſis, & Hungariæ Primas, ac Metropolita, moriens anno ætatis ſuæ tertio infrà centeſimum (nonageſimo ſeptimo) opes ſuas ampliſſimas, quas induſtriâ & moderatione vitæ ad promovendam Dei gloriam & publicum bonum, fideiq; Catholicæ incrementum comparaverat, ita per pia legata diſtribuit, ut de omni ſtatu & conditione hominum optimè ſe meritum fuiſſe oſtenderit.

Colle-

Collegia Societatis JEſu per Hungariam à Georgio Szecſenni fundata.

Collegium Jaurinenſe, anno	1654.
Collegium Ginſienſe,	1684.
Collegium Budenſe Academicum	1687.
Collegium Strigonienſe	1687.
Collegium Agrienſe	1689.
Collegium Quinque-Eccleſienſe;	1694.

Convictus & Seminaria ſub ejusdem Societatis cura ab eodem fundata.

Convictus Jaurinenſis. anno	1684.
Seminarium Budenſe Clericorum	1687.
Convictus Budenſis	1687.
Convictus Leutſovienſis	1694.
Seminarium Trenchinenſe	1694.

Mona-

Monaſteria reditibus aucta, vel reſtaurata; vel ædificata à Georgio Szechenni.

S. Dominici in caſtro ferreo.
S. Franciſci Reformatorum, Sicmegheni & Strigonij.
Capuccinorum, Budæ ædificatum.
RR. PP. Carmelitarum Diſcalceatorum.
S. Philippi Bennitij Servorum B. M. V. Agriæ
S. Franciſci de Paulâ, Ovarini.
SS. Trinitatis, redemptionis captivorum, Illaviæ.

PRæter hæc, militum in pugnâ adversùs Chriſtianitatis hoſtem læſorum Xenodochia erexit Peſthi & Poſonij. Sed nec immemor ſui Regis, pro bello contra Turcas promovendo, liberales largitiones erogavit, adeò ut ſumma ad ſanctas haſce diſpoſitiones ſe ſe extenderit ad vigeſies quinque centena millia. Meretur ſanè tam fidelis & prudens diſpenſator audire à Domino:

no: *Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

In Hungariâ fortalitium Gyula Cæſareis deditur 4. Jan. præſidium autem Turcicum eductum die 19. Jan. Novus Turcarum Imperator præſentiâ ſuâ exercitum corroboraturus, Belgradum unà cum uxore & Matre (more hactenus apud Turcas inuſitato) advenit; ſed Auguſtiſſimus Imperator nequicquam territus, cum copiis ſelectiſſimis, tam equeſtribus, quàm pedeſtribus Sereniſſimum Electorem Saxoniæ ſupremi campiductoris poteſtate impertitâ, & adjuncto expertiſſimo militiæ Duce excellentiſſimo Generali Caprara adversùs Ottomannicum faſtum & minas emittit. Qui caſtris propè Petri-Varadinum probè firmatis & munitis ad prælium ſtrenuè parati, avidè hoſtem (qui jam pontem navalem ad Savum tranſeundum conſtruxerat) præſtolantur. Verùm Turcicus Imperator conſultius ratus Cæſarianos non adoriri, Danubium trajicit, *Titulum* (cujus præſidiarij Turcas Belgradenſes ſupra modum vexabant) expugnaturus: quo intellecto Duces noſtri *Tituli* præſidium adau-

Digitized by Google

gent: igitur hunc locum quidem Imperator Turcicus hâc vice petranſiit, ſed poſtmodùm copiis navalibus aggreſſus expugnat, omnibus ferè præſidiariis trucidatis; quem tamen locum ex metu aliquo vano non diu retinuit, ſed noſtris occupandum, & fortiùs quàm antè firmandum reliquit, dum ſponte receſſit. Convertit poſthæc Imperator Ottomannicus exercitum ſuum ad Lippam annonâ & omnis generis munitionibus inſtructiſſimam, & exercitu noſtro, debito tardiùs movente, die 17. Sept. aſſultu fortiſſimo præoccupat, omnibus præſidiariis deletis, & planè opimâ prædâ potitus. Dum Cæſarei lentiùs quidem, ſed tandem propinquiùs etiam Turcis inſiſterent, hi die 21. Sept. opportunitatem nacti, partem unam Cæſarei exercitûs, à ſe invicem inter movendum longius nonnihil diviſi, aggrediendi, cum tringita & ampliùs millibus, numero Cæſarianas copias (ſeptem ſcilicet millia) quadruplo excedente invadunt, neque iſti pugnam detrectant, ſi non numero, robore tamen & animis ſe ſe ſub Veterani expertiſſimo Duce æquiparantes: ternis vicibus

cibus ferociſſimè irruentes Turcas generoſiſſimè repellunt, & conflictum in longum tempus protrahunt, pendente diu ancipiti victoriâ; donec Turcæ majoribus copiis aucti prælium reſtaurârunt, in quo Dux expeditionis hujus ipſe tribus vulneribus ſaucius glorioſiſſimè occubuit; quo caſu viſo pars cætera militiæ Chriſtianæ Caranſebeſinum recedit, hoſtíque relicto campo ad *portam ferream* ſe collocat, tranſitum in provinciam impeditura: periêre hac in pugna Chriſtianorum circiter quatuor millia, hoſtium verò ſuprà duodecim millia. Turcæ porrò experti in tam exigua manu Cæſariani exercitûs tantum robur ineſſe, ultra totius corporis militaris vires experiri non auſi, ad ſua ſe ſe receperunt: noſtris ſimiliter ad grata & optata ſibi hyberna redeuntibus.

Veneti fortalitium Scin, & totam Inſulam poſt generoſiſſimam oppugnationem deditione 8. Aug. accipiunt, repertis in arce tormentis centum & quinquaginta ex ære ſeu metallo, & aliis ex ferro fuſis quinquaginta, cum aliis omnis generis munitionibus: Smirnam abire permiſſis decem

milli-

millibus incolarum præter militare præſidium, numerantur autem in tota Inſula octoginta millia incolarũ qui remanſerunt.

A. 1696. Auguſtiſſimus Leopoldus Saxoniæ Ducem & Electorem Fridericum Auguſtum Rudolphum, qui propter ſuum egregium in Domum Auſtriacam affectum decem millia ſuorum egregiè inſtructorum Cæſareo exercitui adjunxit, bello præficit hoc anno in Hungariâ contra Turcas continuando, eidémque excellentiſſimum Dominum Generalem Æneam Capraram adjungit, qui quidem optimè animato milite, adultâ jam æſtate ternis vicibus Temesvvariam obſidione cingunt, fortitérque aggreſſi oppugnant, tamen ob imminentium Turcarum formidabilem potentiam à ſtrenuè cæptis deſiſtere coguntur; tandem igitur in aperto campo rem cum hoſte decidere, & generosè confligere, unanimi conſilio decernunt. Itaque die 20. Aug. fortiſſimè licèt vallatum circumcingunt, & confligendi neceſſitatem indicunt. Qui noſtrorum aggreſſionem fortiter excipit & retundit, & incaleſcente Marte acerrimè utrímque pugnatur, victoriâ nunc his;

Digitized by Google

nunc

nunc illis favente: prælium tandem ſequeſtra nox diremit, ex hâc pugnâ deſideratis Chriſtianorum tribus millibus, & octo ferè millibus Turcarum. Nocte igitur concubiâ, Turcæ plenis caſtris Temesvvarinum verſùs receſsêre, Chriſtiani autem versùs Szegetinum : inde utrímque in hyberna exercitus reducti ſunt. Obicem majori Victoriæ (uti à tam copioſo & lecto milite ſperabamus) obtinendæ objecerunt regimina aliquot Cæſarianorum equitum, qui in ipſo actuali prælio proſequi & alios ſubſequi, & generoſis præeuntium veſtigiis inſiſtere tergiverſabantur, pugnare nolentes.

Turcæ in ſuo reditu Marockiam arcem à Raſcinis militibus cuſtoditam ſpatio unius tridui expugnant, & ſolo æquant :

Comes Adamus Battyani regni Croatiæ Bannus hoc anno aliquot fortalitia erepta redigit in Cæſaris poteſtatem. Moſchi Aſſacum fortiſſimum Tartarorum præſidium expugnant.

A. 1697. Sereniſſimus Elector Fridericus Auguſtus Saxoniæ Dux, cùm hoc anno rurſus contra Ottomannicos in Hungariâ exercitum ducere cogitaret, & interea, dum

Digitized by Google

dum tempus expeditionis adeſſet, Viennæ commoraretur, nactus opportunam occaſionem ſuæ ſaluti conſulendi, fidem Romano-Catholicam, ejuratis Lutheri erroribus publicè amplectitur, & eodem die, ſcilicet decimo ſeptimo Junij quo ſe Catholicum Sereniſſimus Elector profeſſus eſt, nuncium accepit de electione Regis Polonorum Varſaviæ legitimè peractâ, in quâ (Cæſare favente, & ſuffragiorum copiâ in comitiis adſtipulantibus) electus eſſet FrIDerICVs AVgVſtVs SaXo, ReX PoLonorVM.

Cæſarei Bihaczium Croatiæ Metropolim obſident, ſed ob plurima incommoda obſidionem ſolvere coacti ſunt die 6. Julij, turbata eſt deinde tumultibus ſuperior & inferior Hungaria: & in inferiore quidem Raſcinorum non pauci Duce quodam Perlâ, extremæ audaciæ homine, ſed abjectiſſimæ ſortis, deprædationes circa Danubii ripas, ingentes exercebant, pagos incendebant, & adjacentia Quinque-Eccleſiis loca infeſtabant; verùm à Cæſarianis non multò poſt circumventi, cæſi & diſſipati ſunt, Ducibus eorum captis, Eszeckiníque

ſupre-

ſupremo ſupplicio affectis: quibus interemptis, hæc prædonum colluvies, ut membra capite deſtituta, illicò collapſa eſt, & evanuit. Majus periculum emerſit in Hungariâ ſuperiore ubi jam à longo tempore occultè cuſa, & clancularijs internunciis facta conſpiratio inſperatò primâ Julii currentis erupit: more enim turbinis hi prædatores omnia pervagati, mox Tokzinum, Parackinum & Szerenes arces ex inſidiis occupârunt, omnibus locorum præſidiariis cæſis, jamque adſcitâ ruſticorum & plebis colluvie prædabantur omnia; cui furiatæ, & maleſanæ inconditæ plebis multitudini in ipſis exordiis Deus terminos poſuit, & frænum ſingulari ſuâ providentiâ injecit: contigit enim, cùm ad Onodinum quoque occupandum agminatim procederent, ut in Cæſareas, Germanicas, Hungaricas cohortes inciderent: hos igitur ùt primùm Cæſareus exercitus prædones & tumultuantes eſſe agnovit, agreſſus eſt, neque illi pugnam detrectârunt, ſed pro virili reſtiterunt: tandem autem inclinante acie terga verterunt, ſalutem fugâ quæſituri; itaque amiſſis jam multis & plusquam mille

le trucidatis, quà data porta, pars Tockainum, pars Patackinum ſe recepit, ſed nec illic tutis eſſe licuit: Princeps enim Vaudemontius advectis præproperè Agriâ tormentis, ſine mora Tockainum obſidet, cúmque conſternati rebelles defenſionem ſimulando per tenebras noctu deſerto præſidio clam omnibus profugiſſent, & majori ex parte Patackinum ſe recepiſſent, Princeps fugientibus inſiſtendum ratus, Patackini quoque obſeſſos noviter urget, rurſus tamen ad conſuetas ſibi fraudes fugientes, peditatui perſuadent, ſpecioſéque imponunt ij, qui equos habent, ſe in Cæſarianos excurſionem facturos, verùm cùm apertis portis equitatus totus viam exeundi nactus fuiſſet, non versùs caſtra, ſed aliò iter deflexit, & quà potuit, profugit; peditatus autem (quem ferè totum plebs ruſtica conflaverat) videns ſe adeò turpiter eluſum eſſe, ad gratiam petendam confugit, ſed hâc, utì non merebatur, ita non impetratâ, gratiæ & disgratiæ Vaudemontij ſe ſubmittere coactus eſt, quorum non pauci deinde pro varietate ſcelerum variis ex juſtitiæ ſententiâ pœnis affecti ſunt. Per la

rebelli-

Digitized by Google

rebellium Anteſignanus cum aliis adhuc viginti auditâ mortis ſententiâ, noctu alterâ manu ac pede vinculis ferreis, quâ potuit arte aut vi exemptis, conati ſunt carceris parietes perſtringere; ſed obſervati ab excubitoribus arctiùs cuſtoditi ſunt; cùm verò manè executionis hora immineret, ut ad locum ſupplicii educerentur, omnes ſublatis lapidibus, quos de nocte ex muro perforato in carcere ſparſerant, multos dirè vulnerârunt, conjuraverant enim omnes fruſtatim in carcere potiùs inter reſiſtendum mutilari, & concidi velle, quàm carnificis manu propudiosè occumbere. Adeò quidem, ut neceſſe fuerit ignivomas pilas ſive granatas manuarias & picem accenſam immittere in carcerem, quarum & ictibus, & igne, & ſulphure, & fumo ad exeundum ex carcere compellerentur, & ſic denique ſemiaduſti, fœdati, & ſaucij vivi tamen comprehenſi ſunt. Perla autem inſuper bombardæ globo ventrem trajectus, & propendentibus inteſtinis ad locum ſupplicij raptus & in rotam actus eſt, tres uncis ferreis transfixi, reliqui inhaſtati, & partim in furcâ ſuſpenſi ſunt.

Die

Digitized by Google

Die 11. Septembris Turcæ ad Szentam veloci adventu Cæſareorum confuſi cæduntur ab Eugenio Sabaudo clade non facilè auditâ, exuuntur enim omnibus caſtris, & tormentis, paucis Chriſtianorum deſideratis. Ceſſerunt Chriſtianis in prædam 99. tormenta, tria quidem maxima, dicta organa, eo quòd quatuor in ſe tormenta concluderent, in morem fiſtularum Organicarum: copia ingens omnis generis munitionum, duo millia bubalorum, cameli, muli, equi, oves & boves innumeri: quinque millia vexillorum, inter quæ ſexaginta novem majora, & Janitſcharorum maximum cum ſeptem caudis equinis, tentariorum multa millia, quæ inter etiam ſummi Vezirij, cum ejuſdem curru, equis, & decem concubinis & omni pretioſâ ſuppellectile, atque ipſo etiam ſigillo, quale Sultanus ſummis Veziriis in ſignum poteſtatis ſupremæ in totum exercitum, tradere conſuevit. Conſtabat Turcicus exercitus octoginta armatorum millibus, ex quibus cæſi inventi ſunt triginta millia gregariorū, præter officiales minores majoreſq; Baſſas plurimos, & præter ſaucios haud du-

argaritis & geminis ornata, atque ſolen-
ni

Digitized by Google

Die 11. Septembris T...

plurimos, & præter ſaucios haud

du-

Digitized by Google

dubiè magno numero: cùm econtra Chriſtianorum occubuerint tantùm quadringenti & quinquaginta octo, & officiales viginti quinque, vulnerati univerſim 1460.

Memorabile eſt, quod Vezirius de ſtrage ſuorum prognoſticon habuiſſe ipſemet aſſeveravit, eâ ſcilicet nocte, quæ pugnam præceſſerat, viſum ſibi fuiſſe videre ſupra tentorium ſuum viginti quatuor veſte candidâ conſpicuos viros Cæſarea ſigna in aëre explicantes, qui relictis Turcarum tentoriis ſupra Cæſarianorum caſtra volantibus vexillis ſe ſe contulerint eadémque obtexerint.

Die ſexto Novembris Generalis Roboutinius civitatem Turcicam Vipalankam aſſultu expugnat.

Juſſe ejuſdem Auguſtiſſimi Cæſaris 4. Julij Viennam adfertur imago Deiparæ Boëzenſis (pagus is eſt in ſuperiore Hungariâ) quæ hoc & ſuperiore anno iteratis vicibus à pluribus viſa eſt ſudiſſe lacrymas. Allata hæc in urbem ſingulari totius urbis veneratione excepta, & ab Auguſtiſſimâ Imperatrice pretioſiſſimis theſauris ex margaritis & gemmis ornata, atque ſolenni

ni ſupplicatione expoſita eſt. Haud dubiè imago iſta uti graviſſima mala impendere prænunciavit, ita etiam ejuſdem Virginis Conſolatricis afflictorum, quam repræſentabat, piâ apud Deum interceſſione ab Hungariæ regno & devotiſſimo hujus matris cultore atque Cliente Leopoldo & Auguſtiſſimâ Auſtriacâ Domo, propitiato numine miſericorditer averſa eſſe hoc miraculo cadentium lacrymarum ſignificavit: & merebatur ſanè publico triumpho adorari ejus imago, quæ invictiſſimo Leopoldo in tot inſidiis, proditionibus & difficillimis præliis, & tot támque glorioſis cum inimicorum confuſione & ſtupore reportatis victoriis fuit fortiſſimum & tutiſſimum propugnaculum, *cujus precibus apud filium ſuum arma Barbarorum facta ſunt tela infantium, & lancea & galea, & jacula inutilia & inefficacia, ait Andreas Cretenſis orat. 2. de Deiparâ Virgine.*

A. 1699. Turcæ miſſis Belgradum legatis pacem petunt ab invictiſſimo Imperatore Leopoldo, quem in finem Cæſareus exercitus caſtra locavit, haud procul Futackoza, Turcicus autem juxta Semendriam,

am, & inter duos exercitus juxta Sirmiū in patenti campo oblongum Tabernaculum ſumptibus utriuſque partis ita ædificatum fuit, ut in quatuor angulis conclavia pro quatuor legatis, & inter quatuor conclavia media aula ampla & oblonga conſtrueretur, à quatuor partibus foribus aperta & pervia. Indictum ad hæc armiſtitium, & ad quatuor milliaria in circumferentia complanatæ viæ, ut ſecurus eſſet omni ex parte euntium & redeuntium aditus, & locus amplior tentoriis in circuitu pro cujus libet ex legatis comitatu collocandis: initium deinde datum eſt tractatibus die 3. Novembris Plenipotentiariis præſentibus, Cæſareo, Moscovitico, Veneto, Turcico Vezirio, ac Tartarorum Chamo, cum aſſeclis ſuis, nec non legato Britanniæ Regis, & Ordinum Confœderatorum Belgij tanquam mediatorum, & pax demum poſt plures ſeſſiones 25. annos ſervanda 29. Januarij currentis anni 1699. concluſa: atque interea mutuæ viſitationes Dominorum Legatorum ſolenniter & amicè exceptæ & redditæ, & ab offenſionibus hoſtilibus uſque ad rati-habitionem Principa-

lium

Digitized by Google

lium utrimque ceſſatum. Ratificatio & Confirmatio ab Auguſtiſſimo Leopoldo transmiſſa die 15. Februarij. Compactatio, mutuò extradita, adhibitâ conſuetâ ſolennitate die 4. Martij, Domus Conferentiarum, in quâ pax optatiſſima concluſa eſt, ad perpetuam & tam glorioſi belli à Leopoldo ſuperis adſpirantibus geſti, & feliciter ac victorioſè ad finem perducti memoliam RR. PP. Franciſcanis Provinciæ Boſniæ donata pro Cænobio & templo Carolo vicenſis pacis, ubi etiam templum inauguratum eſt ſub nomine *Mariæ de pace*.

SÆCULUM XVIII.

Ab anno 1700. *ad* 1800.

ANno 1700. Memorabilis hic annus eſt duplici legatione Auguſtiſſimi Imperatoris ad Ottomannicam Portam, & viciſſim.

In munere Cæſarei Oratoris A. 1699. die 20. Octobr. Wolffgangus de Oettingen, cum ſplendido Comitatu ſecundo Danubio navibus ſexaginta eleganter or-

natis

natis & inſtructis Vienna Conſtantinopolim ſolvit, ibidem 8. Febr. introductus eſt. Die autem 30. Januar. curr. ann. Caduceator Turcicus Iſmaël Viennam ingreſſus eſt. Ambo legati munera pretioſiſſima pro more afferenda ſecum attulêre, quæ utrámque Majeſtatem decerent.

Dona Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris Pro Magno Sultano.

TAbula menſalis rotunda inaurata, & opere malleato affabrè elaborata, utrinque anſata, globis innixa. Ejuſdem operis ovata tabula. Subex focarius argento malleato procuſus, cum operis ejuſdem umbella. Frigaria duo nodoſa, ſalcatis baſibus. Minora 12. monopodia portatilia (vulgò Geridons) cum 12. Lychnuchis penſilibus, quovis in ſex ramos porrecto. Malluvia. 2. deaurata globatim malleata cum Gutturniis. Vaſa 6. ad uſum potûs Turcici, dicti *Caffee*, ſingulari opere malleato & globato procuſa. Scutellæ 12. argenteæ ſemi-deauratæ ad uſum po-

Digitized by Google

tûs Arabici, dicti *Serbet*, cum operculis & diſco ſuppoſitorio. Lagenæ ſex ſemi-deauratæ cũ catenulis. Diſci majores duo, argẽto malleato elaborati, ejuſdem operis acerræ duæ. Sex urcei florales operis ejusdem. Patera argentea malleati operis. Specula Lychnophora ſex opere malleato argentea. Salinum Hiſpanicum, & acerra cum appertinentibus. Sex volumina telæ ſpiſſo auro intertextæ, lemniſcatis floribus & coloribus diſtinctæ, volumen quodvis tegebat ſaccus holoſerico-carmeſinus aureis argenteiſque tæniis celatus. Ejuſdem telæ ſex volumina è filo argenteo. Fons ſaliens vaſtæ molis plus quam centum marcarum ex argento puro, operis malleati, vario aquarum luſu & artificio admirabilis. Horologium magnum perpendiculare, quadrantes & horas pulſu indicans, opere malleato argenteum, cum artificioſo luſu tintinabulorum. Horologium ovatum ex argento puro malleatum, horas & quadrantes pulſu indicans. Affabrè confecta Machina cum globo & luſu tintinnabulorum, atque horologio nocturno. Horologium argenteum in formam globi ſeipſum

artificiosè revolvens. Horologium Anglicanum penſile, quod continuis quatuor ſeptimanis volvitur, horas & quadrantes indicans. Horologium ſtabile cum perpendiculo ex argento puro. Menſa Graphiaria, ſpeculũ, horologiothecæ 2. Monopodia 2. & menſulæ muſini operis in uſum potûs Turcici *Caffeé.* Supellex minuta deaurata in eundem uſum. Supellex iocaria argentea. Abacus luſorius argenteus.

Pro Magnâ Sultanide.

COrbis inaurata cum operculo, opere malleato, ſimilis argentea, anſis inauratis. Ejuſdem generis alia ex argento mundo ſine operculo. Horologium magnum ſpeculare. Horologium argenteum tabulatum cum perpendiculo, quæ ſimul omnia granulata & gemmis diſtincta erant, addito artificioſo tintinnabulorum luſu. Repoſitorium mundi muliebris gemmis diſtinctum.

Pro Sultanide Validâ.

MEnſa globatim in margine malleata in uſum *Caffée* cum vaſibus apper-

Digitized by Google

tinentibus. Urcei florales duo ferè deaurati, foliis ac floribus opere encauſtico exornati. Candelabra ad parietem penſilia 2. perſcitè deaurata. Corbes 4. argento implexæ. Horologium orbiculare artificiosè granulatum, lapillis diſtinctum. Machina artificioſa argento malleato continens horologium perpendiculare globum artificioſum, & luſum tintinnabulorũ. Urceoli majales ſex, ex lapide rubro & opere encauſtico exornati. Repoſitoriolum argenteum mundi muliebris.

Pro Magno Vezirio.

MAlluvium, & Gutturnium deauratum ſemi-ſphæricè malleatum. Frigarium argenteum nodoſum falcatis baſibus. Argentea duo monopodia portatilia cum Alychnuchiis penſilibus. Diſcus major argenteus opere malleato. Corbis argentea ſine operculo inauratis anſis, opere malleato. Scutellæ ſex ſemi-deauratæ ad uſum potûs Arabici dicti *Serbet*, cum operculis & diſcis ſuppoſitoriis. Urcei argentei duo pro potu *Caffeé* opere malleato.

Digitized by Google

to. Vaſa quatuor ſpargendis aquis odorariis. Horologium magnum perpendiculare horas & quadrantes ſono indicans, ex argento puro operis malleati, addito luſu artificioſo tintinnabulorum.

Pro Baſsá Belgradenſi.

MAlluvium & Gutturnium deauratum. Lagenæ duæ ſemi-deauratæ cum catenulis. Urcei deaurati duo pro potu *Caffeé*. Vas argenteum pro aquâ roſaceâ. Scutellæ ſex ſemi-deauratæ ad uſum potûs Arabici, dicti *Serbet* cum diſcis ſuppoſitoriis. Diſcus major argenteus operè malleato. Horologium magnum perpendiculare, horas & quadrantes cum phaſibus lunæ indicans ex argento puro operis malleati.

Pro ſecundo Veziirio.

MAlluvium & Gutturnium deauratum globatim malleatum. Scutellæ ſex ſemi-deauratæ ad uſum potûs *Serbet* cum operculis & diſcis. Horologium quadratum in formam turris perpendiculare ho-

tas & quadrantes indicans, ex argento operis malleati.

Pro Tertio Vezirio.

MAlluvium & Gutturnium deauratum, globatim malleatum. Scutellæ quatuor ſemi-deauratæ ad uſum potûs *Serbet* cum diſcis totidem. Horologium magnum orbiculare argenteum operis malleati.

Pro Quarto Vezirio.

MAlluvium & Gutturnium deauratum globatim malleatum. Scutellæ duæ ad uſum potûs *Serbet*, cum totidem diſcis, Horologium Anglicanum penſile tribus campanulis ſonans. Horologium ſtabile.

Pro Quinto Vezirio.

MAlluvium & Gutturnium deauratum. Scutellæ duæ ad uſum potûs *Serbet* cum totidem diſcis. Horologium magnum orbiculare.

Pro-

Digitized by Google

Pro Sexto Vezirio.

MAlluvium & Gutturnium deauratum. Phiala argentea operis malleati. Scutellæ 2. ad uſum potûs *Serbet*, cum totidem diſcis, Horologium ex argento puro, ſtabile cum perpendiculo.

Pro Septimo Vezirio.

MAlluvium & Gutturnium deauratum. Diſcus argenteus operis malleati. Scutella una ad uſum potûs *Serbet* cum diſco uno. Horologium Anglicanum penſile horas & quadrantes ſono indicans, ex argento puro.

Pro Muffti.

COrbis argentea anſata, ſcitè deaurata operis malleati. Scutella ad uſum potûs Serbet cum diſco uno. Horologium magnum argenteum penſile, quod continuis quatuor hebdomadis volvitur, horas & quadrantes ſono indicans.

Pro

Pro Cancellario Regni, *Effendi* dicti.

GRaphiarium deauratum ex argento, operis malleati. Candelabra quatuor ad parietem penſilia. Ciſtula ſcitè elaborata pro conſervando *Caffeé*. Horologium magnum orbiculare argenteum.

Pro Mauro Cordato.

MAlluvium & Gutturnium deauratum. Scutella ſemi-deaurata ad uſum potûs *Serbet* cum diſco. Horologium caſtrenſe ſonans & excitans.

Dona Imperatoris Turcici ad Imperatorem Romanorum Miſſa.

I. TEntorium magnum, aureis floribus operis Phrygij, variâque arte ſplendidè exornatum. 2. Criſta (quam Ardearum vocant) ex candido rubra, 51. majoribus & minoribus adamantibus diſtincta. 3. Frænum aureum opere encauſtico rubro ac candido elaboratum, 531.

Digitized by Google

ad-

adamantibus, & 338. pyropis in fronte fræni exornatum. Duplex item catenula aurea ab ephippio ad lupatum propendens, tribus aureis nodulis diſpuncta. Cingulum & phaleræ gemmis opulenter conſitæ auro artificioſè intertexto. Ephippium ex auro confectum more Turcico. 4. Stapedes aurei 128. adamantibus, 240. pyropis ornati. 5. Stragula floribus in formam roſarum picta, pyropis, ſmaragdis, & parte inferiore unionibus diſtincta, laciniæ unionibus diſtinctæ & conſitæ, & ſtragula ſerico flavo ſubducta erat. 6. Clava argentea (*Puſicanus Divani* ſive Conſilij dicta) auro depicta, muſini operis 17. pyropis, & 25. ſmaragdis diſtincta. Tæniæ appenſæ è ſerico rubro floribus intertexto, unionibus & ſmaragdis variatæ. 7. Ephippium holoſerico-rubrum unionibus & ſmaragdis diſtinctum, cum ſtapedibus. 8. Stragula tribus roſis aureis picta opere Phrygio. 9. Stragula coccinea ephippium contegens, & floribus filo aureo contexta. 10. Frænum Turcicum ſubfuſcum, aureum, opere encauſtico, 122. ſmaragdis, 381. pyropis diſtinctum, perpendiculo

M 5 fron-

frontis. 49. adamantibus ornato. Ephippium, phaleræ omnes, & lora artificioſè elaborata cum catena aurea duplici. Quæ omnia in ſolenni Turcarum ad Imperatorem ingreſſu ſpectanda fuêre. 11. Par ſtapedum ex argento mundo, inauratum. 12. Stragula lanea in quâ 26. roſæ unionibus & coralliis opere phrygio depictæ. 13. Ephippium holoſericum à tergo & fronte argenteum, in medio autem aureo filo pictum. 14. Inſtratum holoſericum tribus aureis roſis exornatum. 15. Stragula coccinea totum ephippium tegens, floribus aureis intexta. 16. Magnum ambari fruſtum 44. & dimidiam unciam tenens. 17. Decem fruſtà Moſchi. 18. Quindecim fruſta Bezoar. 19. Volumina duo panni filo aureo. 20. Volumina duo holoſerici rubri, filo aureo intexti. 21. Volumina ſex ſerici auro & floribus intertexti Conſtantinopoli. 22. Volumina decem telæ ſericæ, dictæ Imperialis. 24. Viginti volumina telæ ſericæ auro intextæ. 25. Tapetes Perſici quatuor floribus picti. 26. Alij quatuor tapetes. 27. Equus coloris milvi in Turcomannia natus patre

Hali-

Digitized by Google

Hali-Oghlir, matre *Tasbas* dictâ. 28. Equus Turcomannicus coloris punicei, natus patre *Razzà Mandmudi*, matre *Zulfà*. 29. Equus ex provinciâ Beidelenchi patre *Razzà Arondan*, jubis decorus coloris gilvi. 39. Equus Arabicus patre *Hadadi*, matre *Silavi*, ita Turcis in more poſitum, equorum ſuorum genealogias annotare. 31. Catenæ argenteæ duæ alligandis in ſtabulo equis. 33. Leopardi duo, ſerico Perſico floribus intertexto veſtiti, catenîſque argenteis circumdati, qui in ſolenni ingreſſu Turcici Oratoris equis ſic inſidebant.

His ſuo nomine addidit legatus Turcicus tres pretioſas veſtes more Turcico confectas pro Sereniſſimis Archi-Duciſſis, ac totidem cidares plumis ardearum, & adamantibus exornatas.

A. 1701. 8. Oct. Dilabitur è cuſtodia Ragozius Princeps Tranſylvanus (poſtquam vigilias conſopiit auro) & in caput factionis facinoroſæ eligitur à malè contentis. His operam & arma facilè condicunt illi quorum oculos Auſtriaca felicitas, incolumitas & incrementum, nunquam non hebe-

Digitized by Google

tat. Ex tot itaque Confœderatorum ſubſidiis tantum illi roboris & audaciæ facilè ſuccrevit, quam nec minæ porrò conterruerunt, nec oblata Cæſaris clementia emolliit: quo factum ut anno 1703. Cæſareo anathemate ob incurſum crimen læſæ Majeſtatis fulminatus ſit. Exarſit per plures annos inteſtinum hoc bellum; cujus æſtus tandem deferbuit, Anno 1710. 25. Septembris, dum Neoſolium munimentum rediit Imperatori ſubditum, & aliquot perduellium anteſignani clementiam Cæſaris & ſolicitârunt & delibârunt.

Anno 1714. Conquievit ab annis quindecim perfidia Ottomannica: ex quo abrumpit tempora & fœdera conſtitutæ pacis cum republica Veneta. Menſe Decembri bellum promulgat & divulgat ejuſque cauſam, de non ſervatâ ſibi à Venetis pace Candienſi: quam perfregiſſent anno 1684. dū bello Imperatoris & Victoris pereretur.

A. 1715. Factâ divulgatione belli terrâ maríq; armatus adverſū Moreā digreditur Vezirius. Sub hæc tempora bellū inteſtinū ſtrepit Conſtantinopoli, & in finitimâ Turcomanniâ; dùm pars altera Ottomanno-

rum

Digitized by Google

tum bellum canit, altera pacem gemit: cui poſteriori enixè ſuffragatur Mufti. Fruſtrà tamen hujus aliorumque auctoritate contranitente, in Moream Vezirius proruit; quem Claſſis illicò inſecuta appellit ad Inſulam Tyne, in quam virorum viginti millia exponit: expoſiti trinum ſtatim tentant aſſultum; ſed trinâ vice repulſi, quartâ rediêre Victores & munimenti & Inſulæ, quam Reſpublica Veneta plùs ultra trecentos annos occupaverat. Expugnati Veneti à Turcâ præſidiario, abducti ſunt Napolim di Malſavia; verùm binos eorum Duces, quorum fidei & fortitudini commiſſa fuit Inſula, captivos detinuit Capitaneus Generalis Delfino, quòd debitum ſuum in tuendâ Inſulâ minùs exſolverint.

Ab expugnata Inſula ſuccuſſa eſt Claſſis Turcica tempeſtate adeò validâ, ut prætoria navium major, nonaginta tormentorum oneraria cum ſeptem aliis hiârit interitum, quô iſtas ut levaret & repararet Capitaneus Baſſa Negropontum repetiit.

Interea Vezirius 21. Junii terreſtri mil ite Iſthmum Corintho proximum tranſiit,

ex

exillo & ui
titudine pro
miles Venetu
quin & Veziri
dùm locum ex
guine & morte,
ſive bonorum a
tur: Inſtante tam
pertinaciâ emarc
robur; ut ad url
mutuò cum obſide
ipſo contractu,(que
ſtat) vaſa pulverari
nis; quibus ſepting
conſepulti ſunt. Hæ
rum uſque adeò exagi
litones , ut ardentes
iterū aſſilierint: fuitq; a
ſecundus Turcis , qui
penetrârunt in urbem,&
obvios extinxerunt. C
cum extraordinario Prov
reliquiiſque militum ca
eſt. Vezirius cùm milite
urbi,ad expugnandum Nap

Digitized by Google

nia digreditur, quam decimo Julij jam præmiſſo equite ſuccinxerat.

Eandem felicitatem ſibi arrogârunt Turcæ in Dalmatiâ. Fortalitium Scin quadraginta virorum millibus obſident: ſpe tumidi, fore, ut paucorum dierum intervallo valla trajicerent. Abſque eo quòd mœnia tormentis multùm quatiant, & dejiciant, alterum ex altero ad uſque decimum quartum impetum in urbem attentant: quos omnes tam fortiter ſuſtinuit Georgius Balbi, ut luculentâ plurium millium clade Turcæ à loco profugerint. quos plures obſeſſi inſecuti uſque ad fluvium Cettrina, complures partim occiderunt, partim in undas profugârunt, reliquumque apparatum bellicum ſibi in ſubſidium retraxerunt.

Repulſam hanc reparârunt Turcæ in Morea expugnatione Napolis di Romaniâ. Vezirius impetiit urbem iſthanc, & vi, & milite numeroſiſſimus; quos impetus, licet vehementes admodùm enervavit tam feliciter obſeſſus; ut Turcæ ſuccedente victualium penuriâ, illinc iterum abiturirent. Animos & abitum reſtituit

Ar-

Armenus ab urbe & Chriſtianis Apoſtata; qui obſidentibus iſtuc loci indigitat; ubi fortalitium Montepallamide pauciotibus cuniculis ſuffoſſum minori damno trajici poterat.

Ex conſilio perfidi illicò locum adoriuntur, & occupant. Trecentos Venetos, qui in urbem iſthinc contendunt, corripiunt prævoli Janitſchari & occidunt. Abhinc obſeſſi cuniculos ſuccendunt, quibus incubi mœnibus Turcæ excuterentur; *aſt* hoc tantùm abfuit, ut complanatus per tormenta præviè aditus in propugnaculum laxaretur amplius, in quod Lunatici continuò irruerunt. Eodem tempore & urbem adoritur exercitus reliquus, & tranſcendit feliciùs illam (quam fama vel è loci ſitu inexpugnabilem dixit.) Cæduntur præſidiarij, expilantur ædes, & Incolæ ſervituti adjudicantur. Commendans urbem, per mare evaſurus cum aliis nobilibus, Venetis in excubias & vincula recidit Baſſæ, Navarchi, qui Sultano in triumphum fortitudinis Ottomannicæ remiſſi ſunt.

Eadem fata, quæ Venetis Napolim di Romania excuſſerant, rapuerunt & Modon.

don, & Caſtellum Morea dictum, Patraſſo, Coron, Napolim di Malvaſia, & tempore quidem tam brevi, ut totam Moream intra 45. dies ſibi ſubditam jactârint Turcæ. Baſſa Archi-Talaſſus, dum collectas in Morea prædas Conſtantinopolim, & naves barbaricas in portus ſuos remiſiſſet, vela demùm Candiam versùs explicuit, in quâ & Venetos è binis Caſtellis Suda & Spina Longa, à pace Candienſi reliquis exturbavit; ut etiam Turcia illi Inſulæ jam ex integro dominetur. Lugubris annus! qui unus tot florentiſſimas urbes & munitiſſima loca ſub jugum Turcicum repreſſit, quas inde tot bellicoſi & ſumptuoſiſſimi ægrè vindicârant.

Non deſinit interim Reſpublica novam opem, nováſque vires conquirere; ſolicitat aulas Pontificis & Cæſaris, adornat novum, majorémque apparatum bellicum, quo furioſos conatus hoſtium anno ſequenti ità arietet, nè longiùs digraſſentur.

A. 1716. Fortunatior eſt hic annus Venetis & Chriſtiano Orbi, atque poſtremus: poſtquàm enim Aquilæ Auſtriacæ Genethliacon recens genito LEOPOLDO accinuiſ-

ſent

ſent decimo tertio Aprilis; pacto cum Republicâ novo fœdere bellum Ottomannicum clangunt. Martius fuit menſis Majus, quo excitus ex auſtriacis ditionibus copioſiſſimus miles Hungariam turmatim petiit. 15. Maji occupat Excellentiſſimus D. Gener. à Löffelholtz tranſitum, Mitrovviza nuncupatum non procul à fluvio Savo conſitum: muniit illum quot centenis militibus Cæſareis, expulſis inde Turcis: qui ſibi locum contra fœdera Carlo-vvitzenſia vendicârant. Miſit tamen ab occupatione prædictus Generalis nuntium, qui Baſſæ Belgradenſi ſignificaret, ſibi ab Imperatore demandatum, occuparet Mitrovviza (niſi ablegatus Conſtantinopolim, 15. Maji rediiſſet) finitimáſque Inſulas, utpote, quæ portæ Ottomannicæ per pactam finium conventionem in pace Carlovvizenſi adjudicatæ non fuiſſent: hoc tamen minùs obſtante militem Cæſareum illinc locorum iterum revocatum iri; ſi pax utrimque protoganda foret;

Ex eo per bimeſtre ferè bellum ex utraque parte dubium hæſit, confluentibus in-

terim & huic & iſti indies novis viris & viribus, apparatúque martio.

26. & 27. Julii Vezirius per ſtratum ſupra Savum pontem cum ducentis virorum millibus digreditur, figítque caſtra ſua Carlovvizium inter & Salankemen: primam ille hoſtilitatem exercuit in deprædatione oppidi Sillock, cujus colonos partim trucidavit, partim in ſervitutem abſtraxit. Aſt hoc dum innotuit Marti Cæſareo Principi *EUGENIO* emiſit Bannum Croatiæ Excellentiſſim. Comitem Generalem de Palfij cum mille & quingentis Equitibus (excubante his in ſubſidium legione Bayreuthana & Condrecourt) qui hoſtium caſtra exploraret. Emiſſarij hi non procul à Carlovvitz ad Sacellum ſanctæ Mariæ de pace compellatum offendunt in 40. Turcarum millia. Verùm Excellentiſſimus Cæſareorum Ductor ſuos eò loci ex tempore locavit, pugnavítque, ut fruſtra irruentibus & furibundè inſultantibus Turcis nec campum, nec palmam cederet, quin vexilla quinque Turcica fortitudinis ſuæ inclytas teſſeras Petri-Varadinum invexerit. Ex tribus Cæſareorum, qui cum qua-

quadraginta Turcarum millibus conſeruêre manus, non deſiderabantur niſi quadringenti vel extincti vel vulnerati. Prioribus accenſetur Excellentiſſimus Comes de Breiiner, qui collapſus equo ab hoſtibus captus eſt.

Poſthæc Vezirius, dum exercitui ſuo ad prælium neceſſaria ſubminiſtrâſſet, pontem retrò conſtratum disjicit, ut ſingulos ſuos ad mortem & ſanguinem uſque decertandum cogeret, dum reſciſſo ponte ſpem fugæ intercidiſſet. Exercitui Turcico ita ad prælium ſuccincto obviam properat Princeps *EUGENIUS*.

Quinto Auguſti manè prælium utrimque inchoatum eſt, equitatu Cæſareo cum Turcico peditatuque ſimiliter colliſo. Ille à Turcico, longè amplius numeroſo ſexies quidem repulſus eſt, ſed ſuccurrente Domino, invictâq; *EUGENII* fortitudine, poſtremis tandem totius exercitûs viribus in hoſtem concurſum eſt; ex quo ille in fugam tandem compulſus eſt, relictis Cæſareo exercitui caſtris, & universâ panopliâ bellicâ, tormentis metallicis 172. Vexillis 159. tentoriis 50000. curribus pulvere

nitra-

Digitized by Google

nitrato, pyroboliſque inſtructis 562. camelis 2000. bobus & bubalis ſexaginta millibus & ſexcentis.

Horâ quartâ pomeridianâ introivit Victor CÆSARIS Archi-Strategus Tentorium Vezirii, cui propiùs aſſuſum reperit Comitem de Breüner ferro colligatum, barbaréque conciſum, calente adhuc in ipſo ſanguine.

Trepidavit Porta à ferali hac famâ, quæ latè divagata, exanimat porrò & Turcas maritimos, qui Inſulam & munimentum Corſu arctaverant. Conſcenderunt hi Inſulam octavâ Julii, ex quo munimentum nullâ non armorum vi identidem premunt & impetunt, minùs tamen prævaluit illa adversùs obſeſſorum fortitudinem, quam cum inſigni gloriâ & reipublicæ emolumento perhibuit Generalis de Schulenburch: digreſſus eſt furor non laſſus ad extremos uſque aggeres, conſcendítque loricam exteriorem; ſed illàc iterum expulſus profligatis ſuorum duobus millibus deſperat, neque ad ulteriorem aſſultum perſuaderi ſe ſinit. 21. Auguſti locum deſerit, provolátque fugâ tam præcipiti ad naves,

Digitized by Google

ut tantum moræ deſuerit, quæ commeatum & ammunitionem ſuperſtitem navibus reddidiſſet.

12. Octobris expugnata eſt civitas Temesvvar naturâ & artificio *munitiſſima*, quam primo Septembris primùm ſtrenuè oppugnârunt. Exſolvit fidem Archi-Strategus Cæſarcus, quam hoſti ad tradendam urbem pactus eſt ſecius atque ſuam, anno 1552. Turcæ. Quippe qui Chriſtianos, dum pacto priùs exceſſu honorifico ſalvóque ad ſuos conductu, urbe cederent, perfidi demeſſuerunt. Illa nempe eſt *juſtitia* Chriſtiana, ut barbarorum etiam perfidiam non perfidiâ barbarâ, ſed juſtâ fortitudine vindicet. Occupatio hujus urbis quàm fortunatiſſima ex tempore Chriſtianis fuit, cùm vias alioquin impervias reſerârit, tùm cœtera cis Danubium munimenta Panſovva & Orſovva aut occupandi, aut infeſtandi, tùm in ipſa Moldaviæ & Walachiæ viſcera penetrandi: è qua poſteriore Excurſores Cæſarei 25. Novembris corripuerunt Principem ſive Hoſpodar Nicolaki Mauro Cordato & unà cum Conjuge, proceribus, ingentibus divitiis

capti-

captivum in Tranſylvaniam aſportârunt. Obtulit is legionis hujus emiſſariæ Capitaneo ſuperiori Dettin pro redimendâ captivitate pretium quadringentorum millium florenorum. Secundent Cœlites arma Chriſtiana, & benedicant uſque *CONSTANTIÆ ET FORTITUDINI* CAROLI VI. Ut redivivum in illo CAROLUM MAGNUM adoret orbis. Magnus ille eſt apud ætatem etiam poſteram, quia Imperium Occidentale per quadringentos annos ab alieno barbaróq; populo, Herulis, Oſtgothis & Longobardis convulſum reſtauravit, veræque Religioni conſecravit. Benedicat Dominus CAROLO VI. alterúmque *MAGNUM* in Oriente efficiat, qui Imperium Orientale ab iniquitate Ottomannicâ vindicatum fidei Orthodoxæ, & Occidentali Imperio reuniat *THEODOSIUS* alter & *MAGNUS* ad majorem DEI Virginíſque MARIÆ Gloriam.

F I N I S.

MAR 8 - 1915

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google